


14
26 R
11


Y.11.


STATVTA
CIVITATIS
FOROLIVII.
LIBERTAS

M. DOM.^{co} EX ANTIQVISS. RVBEA, ET RIVAROLA GENTIB. ORIVN.

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,

ARCHIEPISC. NAZAR. ET IN PROV. FLAMINIA

PAVLI QVINTI PONT. MAX.

SVMMA CVM POTESTATE A LATERE LEGATO.

Descrip. Ferrar. Bonon. nec non eiusdem Flaminiæ, aquarum causa mot. & mouend. controuersiarum supremo Diremptori.

EARVNDEMQVE, ET AQVÆDVCTVVM OMNIVM REPARATIONI SVPREMO PRÆFECTO: IVSTISS. SIMVL, AC PIISS. PRINCIPI.

Hasce Liuiensis Ciuitatis municipales Leges, ad expeditiores litium decisiones, ab Illustrib. Viris ANT. DENTO, ABSALONE SAVORELLO, PETRO PAVLO AVGVSTINO, OCTAVIANO ASPINO, & BERNARDINO ALBICINO, Iuris in hac Vrbe Doctoribus celeberrimis, & eius fori disertiss. togatis, à vitijs, ac mendis nonnullis expurgatas, à superuacaneis, contrarijs, & ijs, quæ in desuetudinẽ abierant vindicatas, redactas in ordinem, ac in vnũ Codicem digestas, Senat. Foroliuien. generali, ac speciali sanctione decretas. à Per Illustri, ac Reuerendissimo D. ANTONIO ORFINO Fulginate Protonotario Apostolico, & eiusdem Prouinciæ Prolegato, diuturno studio, ac labore perlectas, & probatas: Principali deniquè eiusdem Legati diplomate confirmatas.



S. P. Q. Foroliuien.

D. D. Q.

Anno repar. hum. CIƆ IƆC XV.



IN LAVDEM ILLVSTRISSIMI,

AC REVERENDISSIMI

CARD. RIVAROLAE

LEGATI DE LATERE ROMAND.

MVNICIPALES FOROLIVII

LEGES APPROBANTIS.



Liuius hos olim ſtudijs,armiſq; potentes
Condiderat muros, nullaq́. iura dedit:

Liuiades, reor, hinc placidi veſtigia Patris
Sectantes, leges haud voluiſſe nouas.

At modo, conclamant,componite legibus Vrbem
O Ciues, tali ſub Duce iura beant:

Felices Ciues ſectantes iura probata
A Duce tam iuſto: [ſic quoquè geſta probet.]

Pereg. Maſerij Forol.


ALLVDENS AD STEMMA.

Hinc Aquila, indè Leo tua ſunt inſignia Princeps.
Forſitan vt fama hinc emicet, indè vigor?

An quia Romuleis moderaris legibus auras,
Et regis Æmilij ſubdita rura ſoli?

Si dicat (haud mirum) leges tibi Liuica tellus,
Dùm fera, dumq; tuis legibus hæret Auis.

Ant. Artuſini Forol.



AD VRBEM LIVII,

DE EIVSDEM LEGVM

MVNICIPALIVM INSTAVRATIONE.

LIVIA, multa tuæ leges per secla fugatæ
Manserunt, strepitu Martis, in exilio.

Nunc modò digestæ redeunt huc, ordine summo,
Et capiunt faciem: namquè fuere Chaos:

Cum cadat ille furor, ferro, qui cuncta ruebat
Martius, atq; togæ det loca pacificæ.

Quas, hominum ingenij partus, clariq; laboris
Rite peritorum continet iste liber.

Vnde tui poterunt dociles ediscere Alumni,
Quæ facienda sibi, quæ fugienda putent.

Legibus an melius correctam viuere vitam
Ducant, an satius bella cruenta sequi.

Franc. Nessuli Forol.

LIVIVS INSTAVRATORES ALLOQVITVR.

Tecta, domos, turres, cinxiq; has mœnibus arces,
Romuleos volui quas coluisse duces.

Vos verò Themidis natam reuocastis in Vrbem,
Quæ iam se terris exul ad ASTRA dabat.

Iure igitur meritas grates mea liuia plures,
Ignoro vobis debeat, an ne mihi.

Illius excellens à me prouenit origo:
Legibus à vobis condecorata nitet.

Ergo pares cunctis reddat mea Liuia grates:
Vos legum PATRES, CONDITOR Vrbis Ego.

Eiusdem.

CATALOGO
DELLE FAMEGLIE,
CH'IL LVOCO ORIGINARIO DI CONSEGLIO POSSEDONO.
PER ALPHABETO ORDINATE.

ACCONTII.
ALBERTINI.
ALBICINI.
ALEOTTI.
ALDOBRANDINI.
ANGELIERI.
ANTONINI.
ARTVSINI.
ASPINI.
AVEZZANI.
AVGVSTINI.
BALDI.
BALDRACANI.
BECCI.
BEDOLLINI.
BESI.
BONVCCI.
BRANDOLINI.
BRICCIOLI.
BRVNI.
Biondini
CAPOFERRI.
CARPANTIERI.
CASTELLINI.
CHELINI.
COLTRARII.
CORTESONNI.
DENTI.
ETERNI.
FACHINEI.
FRAMONTI.
FIORINI.
FOLFI.
GADDI.
GNOCCHI.
GVARINI.
HASTI.
HERCOLANI.
LAMBERTELLI.
LATIOSI.
MALDENTI.
MANGELLI.
MANGIANTI.
MARCHESI.
MARCIANESI.
MASERII.
MATTHEI.
MENGHI.
MERCVRIALI.
MERENDI.
MERLINI.
MONSIGNANI.
MORATINI.
NVMAI.
OLIVI.
ORCIOLI.
ORGANI.
ORSI.
ORSELLI.
PADOANI.
PAVLVCCI.
PONGETTI.
PONTIROLI.
PORTII.
PROVOLI.
RONCHI.
ROSETTI.
SAFFI.
SALIMBENI.
SASSI.
SAVELLI.
SAVORELLI.
SERII.
SERVGHI.
SETTI.
SOLVMBRINI.
TERDOTII.
THEODOLI.
TORELLI.
TORRI.
VALERII.
VANINI.
VERGERII.
VGOLINI.
ZAVLI.

BIONDINI, TORRESANI, } RISERVATI.

INDEX
RVBRICARVM STATVTORVM CIVITATIS FOROLIVII.
LIBRI PRIMI.

INDEX RVBRICARVM

LIBRI SECVNDI.

Quando

INDEX RVBRICARVM

LIBRI TERTII.

Quòd

INDEX RVBRICARVM

LIBRI QVARTI.


INDEX RVBRICARVM
LIBRI QVINTI.

DE

RVBRICARVM

FINIS.





BREVE
SANCTISSIMI D. NOSTRI D. IVLII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ SECVNDI.




VLIVS Episcopus seruus seruorũ Dei Dilectis filiis: Communitati Ciuitatis nostræ Foroliuien. Salutem, & Apostolicã ben. Inconcussæ fidei constantia, & sinceræ deuotionis affectus, quibus erga Nos, & Rom. Ecclesiam vos clarere manifestum est meritò promerentur, vt vos speciali deuotionis fauore, & protectionis munimine prosequamur: Attendentes itaque quod vos in tot perturbationibus, quæ nouissimè in Prouincia nostra Romandiolæ in illius Ciuitatibus, & terris Nobis, & eidem Rom. Ecclesiæ subiectis euenerint, à subiectione, qua fælicis recordationis Alexander Papa VI. prædecessor noster vos dilecto filio nobili viro Cæsari Duci Valentiñ. contra voluntatem vestram subiecerat, vos quantum potuistis reclamastis, & nunc vestris deuotione, & fide coadiuuantib ab huiusmodi subiectione præfati Ducis liberati, post habitis etiam quondam Antonio, & postea Ludouico de Ordelaffis se pro Dominis Foroliuij, & Foropompilij gerentibus: excussoq; omni prædictorum iugo, in eadem nostra, & Rom. Ecclesiæ fide, & deuotione, ac protectione, nec non immediata subiectione perseuerare totis desideratis affectibus. Nos desiderium vestram quantum cum Deo possumus coadiuuate, etiam ex cõmisso Nobis Pastorali officio cupientes, vosq; ab omni vinculo iuramenti homagij, & alterius cuiuscunque promissionis præfatis Duci Valentin. ac Antonio, & Ludouico de Ordelaffis per vos forsan prestito, ac facto harum serie penitus absoluentes, vosq, ad illorum obseruationem non teneri. ex certa scientia decernentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati. Auctoritate Apostolica tenore præsentium Statuimus, & ordinamus, ac vobis concedimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus tanquam speciales deuoti, & fideles eiusdem Rom. Ecclesiæ filij, & subditi Nobis, & successoribus nostris Roman. Pontificibus canonicè intrantibus, & eidem Ro. Ecclesiæ dumtaxat immediatè subiecti existatis. Ita vt alicui Vicario, seu domino temporali, vel perpetuo porenta-

re. Vos tamquam peculiares, & fidelissimos filios sub immediata protectione Apostolicæ sedis retineant, foueant, ac protegant: nec vllo vnquam tempore cuiquam personæ Ecclesiasticæ, vel seculari quacunq; dignitate fulgenti in Vicariatum, vel alias, quomodolibet tradant: Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, decreti, statuti, ordinationis, concessionis, positionis, constitutionis, reuocationis, cassationis, annullationis, voluntatis, declarationis: & obtestationis. infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicę. Millesimo quingentesimo quarto. Octauo kl. Iulij. Ponti. nostri Anno primo.

Post vero dictæ bullę tenorem talis erat subscriptio manu sanctissimi domini nostri Papæ cum infrascripto signo, & literis videlicet.

† Ego Iulius. II. Catholicæ Ecclesiæ Episcopus scripsi.



Post vero dictam subscriptionem, & signum erant infrascriptæ subscriptiones infrascriptorum Reuerendissimorum D D. Cardinalium videlicet.

† Ego. O. Episcopus ostieñ. Cardinalis Neapol. Manu propria scripsi.
† Ego. G. Episcopus Portueñ. Cardinalis Portugal. manu propria scripsi.
† Ego Hier. Episcopus Sabiñ. Cardinalis Racanateñ. manu propria scripsi.
† Ego. A. Episcopus pnestiñ. S.R.E. Card. S. Praxedis manu propria scripsi.

† Ego Io Ant. Episcopus Tuscul. Cardinalis Alexan. scrip.
† Ego B. tituli S. † in Hierusalem presby. Card. propria manu scrip.
† Ego Io tituli S. Priscæ presby. Car. Agrisen. manu propria scrip.
† Ego D. tituli S. Marci presby Cardinalis manu propria scripsi.
† Ego P. tituli S. Ciriaci presby. Car. Rheginus manu propria scripsi.
† Ego F. tituli S. Ciciliæ presby. Car. Cusen. manu propria scripsi.
† Ego Io. tituli S. Balbinæ presby Car. Salernitan. manu propria scripsi.
† Ego L. tituli S. Agatæ presby. Car. Beneuentan. manu propria scrip.
† Ego Ant tituli S. Stephani in Celio monte presby. Car. manu propria scrip.
† Ego Io. ste. tituli S. Vitalis presby Card. manu propria scripsi.
† Ego Io. tituli S. M. Transtiberim presby. Card. manu propria scripsi.
† Ego F. tituli S Susannæ presby Card. Vultер. manu propria scripsi.
† Ego N. Cardinalis de Flisco propria manu scripsi.
† Ego F tituli sanctorum Sergij, & Bacchi presby. Card. legion. scrip.
† Ego Adrianus tituli S. Chrysogoni presby. Cardinalis scrip.
† Ego Cle. Basilicæ xii. Apostolorum presby. Card. mimaten. scrip.
† Ego Gal. tituli S. P ad vincula presby. Cardinalis scripsi
† Ego Io Diaconus Cardinalis de Columna manu propria scripsi
† Ego F. S. Theodori Diaco Card de scō Seuerino manu propria scripsi
† Ego Iul. S. Angeli Diaconus Cardinalis Cæsarinus scripsi
† Ego L. S. Mariæ in Cosmodin Diaconus Car. de Aragonia scrip.
† Ego A. S. Nicolai in carcere Tuliano Diac. Card. da libretto scrip.
† Ego M. S. Mariæ in porticu Diaconus Car. Cornelius scrip.
† Ego F. S. Sabinæ Diaconus Cardinalis Elnen. scrip.


Post vero subscriptionem dictorum Reuerendissimorum dominorum Cardinalium Talis erat subscriptio manu alterius videlicet.

Sigismondus.

Et àtergo dictæ Bullę in calce videlicet implicatura erant tales literę videlicet. D. de Comitibus.

Et àtergo dictę Bullæ erant manu alterius infrascripta verba in medio videlicet.

Registrata apud me Sigismondum.



BREVE

SANCTISSIMI D. NOSTRI D. IVLII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ SECVNDI.





VLIVS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Conseruatoribus, Antianis, & Cõitati Ciuitatis nostrę Foroliuieñ. Salutem, & Apostolicam beñ. Dum eximiæ deuotionis vestræ affectum, & fidei constātiā, quibus in nostro, & Rom. Ecclesiæ conspectu, Vos clarere manifestum est, intra nostræ meditationis Archana reuoluimus, meritò inducimur, vt illa vobis fauorabiliter concedamus, per quæ vestris commoditati, & vtilitati, nec non istius Ciuitatis nostræ Foroliuieñ. tranquillitati, felicique, & prospero regimini, & successui valeat salubriter prouideri. Vt exinde vestra erga Nos, & eandem Rom. Ecclesiam deuotio eo amplius augeatur, quo potioribus prærogatiuis, & gratijs vos præ cæteris Rom. Ecclesiæ subditis prospexeritis immunitos. Sanè cum dilecti filij Baldesar de Moratinis Comes, & Ioannes Antonius Bicius, ac Bernardinus Xelius legum Doctores, & Ioannes de Saxis Ciues Foroliuieñ. vestri ad Nos super hoc Oratores destinati vestro nomine Nobis ea, qua conuenit mentis, & deuotionis affectu integritatem, & fidei constantiā, quas erga dictam Rom. Ecclesiam etiā istis nouissimis perturbationibus: quę in Prouincia Romādiolæ viguerunt semper gessistis, & geritis, exposuissent, ac Nobis humiliter supplicassent. Vt infrascriptas concessiones, & gratias vobis cōcedere dignaremur: non potuimus quodammodo eorum petitionibus nisi gratum, & beneuolū præbere assensum, vestris itaque per dictos Oratores Nobis super hoc porrectis supplicationibus inclinati. In primis regimen, & cōsilium dictæ Ciuitatis, ac omnia, & singula Statuta facta, & decreta per consilium dictæ Ciuitatis cum præsentia, consensu, & auctoritate Venerabilis fratris Ioannis Archiepī Ragusiñ Referēdarij nostri domestici, & in partibꝰ eiusdē Prouin. Romandiolæ eidē pro Nobis

successiuè immutare,& alterare secundum occurrentiam,& qualitatem temporum. Cum præsentia tamen Gubernatoris, seu Locumtenentis prædicti pro tempore existentis. Prohibemus tamen dicto Consilio: ac vobis ne aliquo modò quouis quæsito colore possitis facere aliquas gratias Ciuibus, incolis, & habitatoribus præfatis condemnatis de aliqua pœna, nec illam etiam in aliqua parte aut aliquid de proprietate Communis dictæ Ciuitatis diminuere, nisi habita super hoc licentia à præfato Gubernatore, & quæ licentia obtineri debeat etiam per septem voces ex octo vocibus dicti Consilij, seu in eo interessentium. Alioquin quicquid in contrarium factum fuerit ipso facto nullum existat, nisi Nos, & successores nostri Rom. Pontifices, & præfatus Legatus pro tempore existens huiusmodi pœnas, & gratias facere, aut pœnas mutare, vel limitare voluerimus, vel dictus Legatus voluerit, super quo facultatem, & potestatem habeat. Prohibemus similiter vobis: & dicto Consilio ne aliquam angariam, vel perangariam, seu vectigalia, vel quodcunque aliud onus ordinarium, vel extraordinarium nisi de nostra, & successorum nostrorum Roman. Pontificum pro tempore existentium expressa licentia imponere possitis: & si secus feceritis eo ipso irritum, & inane existat. Permittimus tamen vobis quod collectas ex causa legitima, & approbata per dictum Consilium, accedente tamen auctoritate, & consensu Gubernatoris, seu Legati possitis imponere pro necessitatibus dictæ Ciuitatis, seu vobis pro tempore occurrentibus: Præterea, vt magis vestra, ac incolarum, & habitatorum prædictorum deuotio erga Nos, & eandem Romanam Ecclesiam augeatur, & in fidei constantia perseueretis: Vos ac Ciuitatem, Communitatem, & districtum, prædictos ab omnibus Datijs, & Gabellis, videlicet macinæ: buccarum, & portarum, ac omnium rerum pro victu, & vestitu necessariorum, seu commodorum, tam in emendo, quàm vendendo, ac dotium: & diuisionis rerum, & bonorum. Comitatinos vero, ac incolas, & habitatores comitatus, & districtus prædictorum ab omnibus taxis bladę: lignis: & paleis perpetuò eximimus, & liberamus: ac liberos: exemptos: & immunes facimus. Constituimus ità etiam, vt prædicti comitatini non teneantur aliquo tempore dare Curiæ dictæ Ciuitatis, aut alteri personæ taxas: blada: ligna, vel paleas, exceptis equis viuis nostris, & successorum nostrorum Roman. Pontificum: qui commorabuntur pro tempore in dicta Ciuitate, seu comitatu, aut districtu propter occurrentias, & necessitates eiusdem Rom. Ecclesiæ. Volumus tamen quod Gubernatori prædicto: qui in eadem Ciuitate pro tempore residebit: de lignis, & paleis pro sua, & familiæ suę neccessitate prouidere teneantur Comitatini huiusmodi. Omnes autem, & singuli introitus Gabellarum: Datiorum: nauli, & omnes alij prouentus, qui in dicta Ciuitate, & illius districtu, & comitatu hactenus exigi consueuerunt ad vos perpetuò pertineahr: & per vos expendantur, & distribuantur in salarijs Conseruatorum, & aliorum officialium dictæ Ciuitatis, & pro censu infrascripto per vos Nobis, & successoribus

sēt pſonę Ecc. quibuſcūq. tenorib. & formis factas,& cōceſſas, ſeù facta, & concesſa reuocamus,caſſamus,& annullamus, illaq. oīa aliàs ſine p̄iudicio iuris alijs forsā in illis aliàs cōtētis antè dictas cōceſſiones, donationes, & legata vobis dictæq. Cōitati ppetuò cōcedimus,& liberè donamus. Amouētes ex nunc p p̄ſentes quoſcūq; bona p̄dicta,p̄textu cōceſſionū,& donationū, ac legatorū, ſeù alienationū p̄dictarū, tenētes,poſſidētes ab eorūdē bonorū poſſeſſione, liberáq. vobis facultatē,auctoritate tn̄ Gub. vel Legati cōcedētes,illa bona app̄hendendi,& retinēdi, amotis dictis detētorib. ab eiſdē, etiā p inuocationē auxilij dicti Gub. ſeù ēt brachij ſecularis,cui Gub. in hoc ſpecialem facultatem,& poteſtatem concedimus. Nō obſtātib. quibuſcunq. in cōtrarium faciētib. Donamus etiā vobis, & dictæ Ciuitati, aliàs tamèn ſine præiudicio iuris quorumcunquè, omnia alia quæcunquè,quodcunquè, & qualiacunquè bona immobilia vbicunquè, tàm in dicta Ciuitate,quàm eius diſtrictu,& comitatu cōſiſtentia,quæ aliquo iure, vel modo ad quoſcunquè Tyrannos, Vicarios, & Rectores dictæ Ciuitatis, dùm regimini eiuſdem Ciuitatis præerant,pertinētia,vel per ipſos poſſeſſa,& tenta fuerint,etiam ſi quouis modo ad Nos, & ſedem Apoſtolicam, ſeù Camerā prædictam quocunquè iure deuoluta ſint,& fuerint. Volumus tamèn quòd omnes res, & bona particularium perſonarum eiuſdem Ciuitatis,quę fuiſſent occupata nomine Camerę,ſeù Vicarij,vel Tyranni ſinè iuſta cauſa,illa talia bona reſtitui debeant veris patronis,& conſtito ſummariè, ſimplicitèr,de plano, & abſquè tela iudiciaria coràm præfato Gubernatore de iure illis perſonis competenti,reſtituantur,dictęquè perſonæ in poſſeſſione dictorum bonorum,à triginta annis citrà per dictos Tyrannos,ſeù Vicarios, vel Rectores occupatorum, quacunquè contradictione ceſſante,reintegrentur: liceatquè dicto Gubernatori quoſcunquè illorū, à dictis triginta annis citrà occupatores, ſeù poſſeſſores ab illorum poſſeſſione,ſeù occupatione,etiàm cum inuocatione dicti brachij ſecularis remouere, & eaſdem perſonas in illorum poſſeſſionem inducere,& inductos defendere,etiàm cenſuris eccleſiaſticis,& alijs iuris remedijs opportunis. Ac etiàm concedimus,quòd omnia officia Ciuitatis,comitatus,& diſtrictus prædictorum, ſint ciuium idoneorum,& ſufficientium dictæ Ciuitatis: & illa debeant imburſati,& trahi per ſortes,prout fit in alijs terris eiuſdem Rom. Eccleſię cum ſalarijs ſtatuendis per ipſum Conſilium,cum præſentia tamèn Gubernatoris p̄dicti,exceptis Poteſtate,& alijs officialib. terræ Fori Pompilij, donèc aliud ſupèr hoc per Nos, vel dictum Gub. ſeù etiam Legatum dictæ Prou. alium Cōmiſſarium ſupèr hoc deputandum ordinatum,ſeù declaratū fuerit. Concedimus etiā,vt eligere debeatis tres viros graduatos Rom.Ecc.fideles,quorū vnus per ſedē p̄dictā in Poteſtatem, ſeù Rectorē dictæ Ciuit. cum ſalario per dictum Conſilium ſtatuēdo confirmari. Et ad quod ſalatiū dicto Poteſtati perſoluendum,& pro adiumento dicti pagamenti ſalarij p̄dicti,donamus vobis dictā medietatē cōdēnationū, vt ſuprà volumus vos teneri. Pro maiori ēt dilectionis affectu, quem ergà vos,

C ac Ciui-

ac Ciuitatem,districtum,& comitatum,& illius incolas, & habitatores prædcōs habemus,cassamus,reuocamus,& annullamus omnes,& singulos processus, cōdemnationes,& sententias habitas contrà vos,& singulares personas ex vobis,ac incolas,& habitatores Ciuitatis, comitatus, & districtus prædictorum, occasione quorumcūq. delictorum,ēt homicidiorū, dūmodò dicti homicidę pacē cum consanguineis defuncti,vel alijs, prout,& iuxtà tenorem Statutorum,& consuetudinem dictæ Ciuitatis tenentur,habuerint,habitos,factas,& latas, seù qui haberi,proferri,& promulgari occasione dictorum delictorū possent, ac quascunquè pœnas,tàm pecuniarias,quàm corporis afflictiuas,etiàm Cameræ Apostolicæ debitas, dictasquè pœnas, & condemnationes eisdem condemnatis, seù qui huiusmodi delictorum præteritorum occasione condemnari possent, liberalitèr remittimus: ità vt occasione huiusmodi delictorum præteritorum, seù homicidiorum contrà eos per dictum Gubernatorem nunc, & pro tempore existentem, seù quoscunquè alios officiales, seù Commissarios Apostolicos, aut etiam Legatos de latere procedi non possit, nequè debeat. Si tamèn (quod absit) aliquis ex dictis delinquentibus,& homicidis ad vomitum redierit,& de nouo similia perpetrauerit,præsentes remissiones, & gratiæ ei nullatenùs suffragētur,& pristinæ condemnationes reuiuiscere intelligantur,ac decernentes irritū, & inane quicquid in contrarium scientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Similiterquè cassamus,& annullamus omnia,& singula debita,in quibus aliquo modo appareret,quòd Cōmunitas Foroliuij,vel aliquis ciuis reperiretur in pręteritum teneri aliquo pacto Cameræ Apostolicæ, vel alicui ex Vicarijs prædictis. Volumus tamèn,pro vt etiàm dicti Oratores vestri ad Nos destinati promisserunt in signum fidelitatis,& obedientiæ, ac recognitionis Dominij, singulis annis mille florenos auri de camera Nobis, & successoribus nostris Rom. Pontificibus canonicè intrantibus,seù Cametę Apostolicæ pro tempore existentibus in quatuor terminis ; videlicèt quartam partem dictorum mille florenorum in principio quorumlibet trium mēsium cuiuslibet anni persoluere teneamini. Et primus terminus solutionis prædictæ in festo Sancti Mercurialis proximè præterito: quod fuit die vltima mensis Aprilis proximè decursi, & non priùs incipiat; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,ac Prouinciæ, & Ciuitatis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, cæterisquè contrarijs quibuscunquè. Volumus autèm vt si (quod absit) ab immediata subiectione,& vera obedientia nostra,& successorum nostrorum Roman. Pontificum canonicè intrātium defeceritis,eo ipso omnibus,& singulis gratijs, concessionibus,priuilegijs,& indultis huiusmodi priuati eē censeamini,eaquè vobis in nullo opitulentur. Sic igitùr in deuotionis,& fidei vestræ constantia ergà Nos, & successores nostros prædictos,ac eandem Romanam Ecclesiam perseueretis, vt meritò vestræ integritatis virtus gratiora beneficia ab eadem sede consequi

mereatur

mereatur. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, statuti, decreti, concessionis, prohibitionis, permissionis, exēptionis, liberationis, facti, constitutionis, donationis, reuocationis, amotionis, remissionis, cassationis, annullationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autèm hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apùd Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quarto: Octauo kl. Iulij Pontificatus nostri. Anno primo.

Post verò dictæ Bullæ tenorem talis erat subscriptio manu alterius videlicèt.

Sigismundus.

Et à tergo dictæ Bullæ in calce videlicèt in plicatura erant tales literæ videlicèt. D. de Comitibus.

Et à tergo dictę Bullę erant manu alterius infrascripta verba videlicèt.

Registrata in Camera Apostolica. De campania.



EPIGRAMMA

AD OPERIS REFORMATORES.

Iam, reor; è ſtygijs agitatus Cerberus vndis
  Veſtra lege furit: nàm GRADVS EMPYREI EST.

Turpe vetat, ſanctumq́. iubet; quæ, ò Lumina iuris,
  Hac igitur propria ſanctio ſancta magis?

Grande quidèm fundaſtis Opus; ſed plaudite, Vobis
  Summus ab Aſtræa mox renouandus honos:

Publica lex iterùm Chaos, indigeſtaq; moles
  Efficitur: Vobis forma paranda breui.

Pereg. Maſerij.

EPIGRAMMA

DE VNIVERSITATIS FOROLIVII LEGIBVS NVPER IN MELIOREM FOR. REDACTIS.

En Chaos in faciem redijt ſine imagine legum
  Liuiæ: en Aſtrææ vis renouata Deæ:

Gnoſiaci rigor hinc Regis, fraudeſq́. Lauernæ;
  Martis abeſtq; furor, mortis & arma cadunt;


Hinc Iuuenum, moreſq́. Senum cum lege nouantur,
  Et qui Coruus erat, nunc Olor albus adeſt:

Omnia iam recto procedunt ordine; cuiquè
  Propria res datur, hinc nullus in Vrbe dolus.

Scilicet Aſtrææ ſunt leges (Liuia gaude)
  Fis Cœlum: hæc ſiquidèm sydera ſola colit.

Eiusdem.





STATVTORVM CIVITATIS FOROLIVII

LIBER PRIMVS.

OFFICIALIVM, AC VICTVALIVM MATERIAM CONTINENS.



DE RATIONE REFORMATIONIS STATVTORVM. RVB. I.



OROLIVII Ciuitas ab incunabulis vſq. in hodiernam diem licèt ſemper inſignis fuerit, in omnibuſquè rebus, tùm bellicis, tùm ciuilibus, prudentèr ſe geſſerit, in ijs tamèn, quæ ad ius ipſum Municipale ſpectant, non ità ſe habuit. Quando quidèm Anno MCCCLIX. Statuta, & Ordinationes quaſdam circà Iudicia, contractus, vltimaſq. voluntates, ac etiàm circà politiam, & alia ipſius Ciuitatis negocia cōdidit, quæ poſtèa ab Ægidio Cardinale tunc de latere Legato, & deindè An. MCCCLXXIII. cum quibuſdam Additionibus à Ioan. de Monteliano Commiſſario Cardinalis Sanctæ Mariæ in Tranſtyberim paritèr de latere Legati fuerunt approbata, & confirmata. Sed illa, vel quia ſcriptorum incuria, manca, & mutila erant, vel quia circà ordinatoria iudiciorum, & circà alias materias non ſatis abundè prouidebant, vel quia etiàm obſcura continebant, pro maiori parte in deſuetudinem abierunt; quapropter Maiores noſtri forsàn eadem Statuta typis committere non curarunt, verùm ſæpè, ac ſæpiùs ad illa reformanda animum adiecerunt. Annis enim ab hinc circitèr quadraginta publico decreto nonnullos Iuriſcōſultos, qui hoc onus ſubirent, elegerunt; illi tamèn, vel alijs publicis curis detenti, vel rebus domeſticis impediti rem ipſam non modò imperfectam, ſed nec etiàm inchoatam reliquerunt.

Guber-

Gubernãte autèm hanc nostrã Ciuit. admodũ Ill. & Reuerendiss. D. Hercule Vaccario Bonõ. Proto.Apost.& ipso ad huiusmodi reformationẽ suadẽte, electi fuerunt quinq. Iurisc õsulti v.c. ANTONIVS DENTVS, ABSALON SAVORELLVS, PETRVS PAVLVS AVGVSTINVS, OCTAVIANVS ASPINVS, & BERNARDINVS ALBICINVS. Qui omnes summo studio vnanimitèr opus ipsum aggressi sunt,& Deo fauente, cura, ac diligentia Perillust.& Reuerendiss. D. ANT. ORSINI Fulginatis Proto. Apost. ac Prou. Romandiolæ Prolegar. absoluerunt.

Vniuersum ergò Opus absolutum est,& in quinq. libros distinctum, quorum Primus circà officia, politiam, ac victualia Ciuitatis versatur. Secundus Iudiciorum materiam continet. Tertius Criminalia quædam amplectebatur, qui post reformationem Superiorum iussu vacat. Quartus de Damnis datis inscribitur. Quintus de Contractibus,& vltimis voluntatibus tractar.

In omnibus his libris Statutorum veterum dispositionem ipsi statuentes sequuti fuissent, nisi vel temporum horum status, vel morum diuersitas, vel styli mutatio, vel alia causa alitèr statuere suasisset; veluti in eo libro, qui de Iudicijs loquitur, in quo non veterum Statutorum ordinata disposuerunt, sed ea, quæ in Iudicijs agitari,& in foro frequentiùs obseruari compertum est.

Hanc enim Reformationem Communitas nostra facere posse censuit auctoritate sibi concessa à felicis recordationis IVLIO Papa secundo, qui, cum ipsa Ciuitas sub immediato regimine sanctæ sedis Apostolicæ rediret, annuens precibus Oratorum dictæ Ciuitatis, plura concessit priuilegia, & intèr cætera, quòd Consilium eiusdem Ciuitatis cum præsentia D. Gubernatoris possit facere, statuere, & ordinare quascunquè reformationes, decreta, & ordinamenta, etiàm cum adiectione pœnarum, prout pro felici regimine,& gubernatione Ciuitatis, ac illius districtus, incolarumq. & habitatorum prædictorum putauerit expedire, ac etiàm illa postmodùm successiuè immutare, & alterare secundùm occurrentiam, & qualitatem temporum; quæ omnia antèa à summis Pontificibus concessa fuerunt, & nouissimè per Sanctiss. D.N. PAVLVM Quintum benignè confirmata.

Præsentia autèm Statuta censentur, non solùm auctoritatibus prędictis roboris obtinere firmitatem, verùm etiàm, quia ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Cardinale Riuarola huius Prouincię Romandiolæ de latere meritissimo Legato specialitèr,& expresse fuerunt confirmata,& approbata; ad laudẽ, & gloriam Omnipotentis Dei, Beatissimæ Virginis, atq. Diui Mercurialis Antistitis huiusce Ciuitatis,& Beati Valeriani martyris Patronorum nostrorum, ac totius curiæ Cœlestis.

De Guber-

DE GVBERNATORE CIVITATIS FOROLIVII, ET EIVS OFFICIO. RVB. II.

GVBERNATOR, qui pro tempore ad regimen, & gubernationem Ciuitatis Foroliuij à sancta sede Apost. deligetur, teneat primũ locũ in Ciuit. ab omnib. honoretur, & obediatur; habitet Palatiũ Cõmunis in partaméto solito,& dictam Ciuit. solicitè tueatur;pacẽ,& vnionẽ intèr ciues curer,scandalis occurrat,& ea oĩa faciat,quę spectare dignouerit ad bonũ Iudicẽ,& Gubernatorẽ. Priusquã admittatur ad Gubernationẽ dictæ Ciuitatis,debeat se pręsentare corã DD. Cõseruatorib. Ciuit. nostræ, & illis exhibere Breue de electione, ac deputatione ipsius,& literas Rectoris Prouincię,quib. lectis per cãcellariũ Cõmunis,iuret se obseruaturũ,& curarurũ,vt obseruentur Statuta,& ordinamenta Ciuit. & præsertim contenta in præsenti volumine, & alia facienda per Cõmune Foroliuij. Quo iuramento præstito antequàm intret partamentũ suæ habitationis,associatus à DD. Cõseruatorib. & familia, descẽdere debeat ad Ecclesiã Cathedralẽ Sanctæ Crucis,& illuc intrare,& orare priùs antè Sanctissimũ Sacramentũ,& deindè ad mirã Dei Genitricis Imaginẽ, nuncupatã ab igne,huius Ciuitatis Aduocatæ,& ad Arcam S. Valeriani Patroni nostri,vt Deus Ecclesię Romanæ, sibi, & dictæ Ciuit. suũ auxiliũ præstare dignetur. Quo peracto intelligatur,& sit in possessione regiminis, & gubernationis dictæ Ciuit. & in eam Ciuitatẽ, forciam, & districtũ habeat iurisdictionẽ ordinariam causarũ ciuiliũ, criminaliũ,& mixtarũ. Et in Consilijs generalib. per Cõmune dictæ Ciuitatis faciendis assistere debeat, si assistere potuerit, sin minùs eius Locumtenens, sinè quo,vel eius Locumtenente Consilia huiusmodi fieri non valeant. Qualibet die iuridica sedeat ad ius reddendũ, iustitiam ministret, causasq; carceratorũ quàm citiùs expediat,ac omnib. promptũ,affabilem,& benignũ se præbeat,& omnia faciat,& exequatur iuxtà formã Bullarum,& præsentiũ Statutorum, quib. deficientibus,iuxtà constitutiones Ægidianas, dispositionemq. iuris communis.

DE CONSERVATORIBVS. RVB. III.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd in posterùm viri Graduati,cæteriq. Ciues consiliarij benemeriti, qui iuxtà dispositionem legũ Cõmunaliũ, positi erunt in bursis ipsis respectiuè cõuenientib. opportunè, & sorte extrahãtur de bimestri in bimestre, per quindecim dies antè finẽ bimestris;& primùm de sua bursa extrahatur Caput Magistratus DD. Conseruatorũ, qui sit pro suo tẽpore Confallonerius Ciuitatis,& posteà tres consiliarij nõ graduati paritèr extrahantur, & ordo eorũ sit sm̃ antianitatẽ,& exindè extrahatur alter Ciuis ex bursa non cõsiliariorũ proximior consiliario suæ familiæ,& pro vltimo Magistratus vnus de Populo idoneus à consilio secreto iudicatus extrahatur ex sua bursa. Qui tamèn omnes Magistratui inseruiant per duos menses, nec recusare

sare possint huiusmodi Magistratū sub pœnis in dictis legib. cōtentis, quas omninò obseruari volumus; eorumq; officiū, ac onus sit, pacem publicā, & quietem vniuersalē, atq. abundantiā victualium pro viribus in Ciuit. ꝓcurare, & conseruare; & tanquàm repræsentantes totā Ciuit. precedant omnes post D. Gubernatorem, quibus accedant Defensores nonaginta Pacificorum, deindè Aduocatus Cōmunitatis, & posteà Graduati, cæteri autē officiales etiā de familia Magistratus habeant tantum præcedentiā secundū dispositionē legū cōmunaliū, sedendo in ingressu DD. Cōseruatorū, & in cōsilijs, in reliquis enim, & extrà Palatiū precedant Graduati. Debeantq; prędicti Conseruatores honorē, & statū S. Matris Ecclesiæ, & Imperiū illius, pariterq. iura, bona, & Iurisdictionē, præeminentias, immunitates, & priuilegia quæcunq; Cōmunitatis, pro posse defendere, manutenere, inuestigare, & recuperare; res, & negocia Cōmunit. interesse cōcernentia tractare, regere, consulere, & deliberare debeant, & teneantur omni eorū studio, & diligentia, sicut cōuenit vnicuiq; probo patrifamilias, Bullā supèr bono regimine à S. D. N. Papa Clemente Octauo editā, legesq. cōmunales, decreta consilij, & Statuta Ciuitatis obseruare, ac obseruari facere omnimodò. Exerceantq; iurisdictiones per ipsos exerceri solitas, quæ sunt circà custodiā vinearū, syluarū, & pratorū, itèm circà Annonā, victualia, & politiā Ciuit. & circà artes, & exercicia ipsius Ciuit. ac fraudes eorū, nec nō circà Datia, & Gabellas, quorū causas summa vigilātia curent expedire. Causæ autē damni dati, & baliæ cognoscantur prout in capitulis ꝑdictorū officiorū, saluo casu appellationis, in quo declarantes cap. xxix. Baliç permittimus posse appellari etiam ad D. Aduocatū Cōmunitatis, prout in Rub. Quòd in prima, & quando in secunda &c. lib. secundi. Insupèr in primo mense Magistratus eorū visitent Domū Dei, ac sacrū Pietatis Montē, officialesq. diligentèr interrogent supèr bono illorū locorū regimine, & sup capitulorū obseruatione inuigilent: nec non supèr exactione creditorū Cōmunit. & qđ ipsa à nullo officiali, debitore, datiario, cōductore, vel alia quacūq; ꝑsona, siuè vniuersitate, seù collegio veniat vnquā quouis modo defraudata; & decepta, insistant; & ideò rationes quorumcunquè negociorum per quoslibet officiales Communitatis quoquomodo tractatorum, & administratorū inuestigare, examinare, & ꝑquirere debeant; nec tolerent, qđ pecuniç, & bona Cōmunis indebitè, vel frustrà expendantur absq; ordine expresso Cōsilij generalis, suprà tñ sūmā vigintiquinq. lib. monetæ Romand. & infrà talē sūmā sufficiat cōsensus consilij secreti; q̃ expensæ sint de extraordinarijs in Tabella assignatis, & sēpèr iuxtà tenorē Bullæ de bono regimine, & non alitèr; & curare debeant, qđ officiales deputati, vel electi, ac alij quicunq, sup negocijs, & occasionibus publicis destinati p electionē, vel p extractionem, salariati, vel non, exerceant eorū officiū, ac onera iniuncta fidelitèr, & cū debito honore, ac indēnitate Cōmunitatis. Prohibemus insup quemlibet in dignitate Magistratus existentē aliquā pati executionē ꝑsonalē, vel realē, minusq; in ius vocari, & alios vocare posse.

De Preto-

DE PRÆTORE CIVITATIS FOROLIVII, EIVSQVE IVRISDICTIONE, ET OFFICIO. RVB. IIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd D. Poteſtas Ciuitatis Foroliuij habeat iuriſdictionem ordinariam in cauſis ciuilibus, prout, & ſicut habet D. Gubernator eiusdemmet Ciuit. nec non plenam, & omnimodam poteſtatem cognoſcendi omnes, & ſingulas cauſas ciuiles, ac mixtas, concernentes, & tangentes perſonas contrafacientes ordinibus, & bannimentis rerum victualium; videlicet cõtrà Quolibetarios, Caupones, ſeu Bettolerios, ac venditores vini ad minutum, Piſcatores, & venditores piſcium, Fabros, Fornaſarios, Nautas, Bubulcos, Contratarum, & Villarum Syndicos, Tricolos, Lardarolos, Calceolarios, Molendinarios, Beccarios, Olearios, Aromatarios, & alios Mercatores, fraudem committentes in eorum exercitio, vel non habentes menſuras, & ſtateras iuſtas, ac bullatas; quarum cauſarum mixtarum primæ inſtantiæ non exceden. ſummam lib. v. & x. reſpectiuè audiantur, cognoſcantur, & terminentur, ſecundùm formam Statutorũ noſtrorũ de hac materia loquentium, per dictum D. Prætorem. Cauſas verò Pupillorum, Viduarum, & miſerabilium perſonarũ de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, ſola facti veritate inſpecta, & omni Iuris, ac Statutorum ordine, & ſolemnitate remota, ac etiam quocunque tempore, in vtilitatem tamen hominum feriato, dirimat, & diffiniat iuxtà Rub. in quibus caſibus ius reddi, aut dici debeat ferijs non obſtantibus, & Rub. de modo proceden. in cauſis non exceden. ſum. lib. quinque; ſicut etiam dicimus pro interponendis Decretis in contractibus, minorum, & mulierum, etiam maiorum ætate legitima, in quibus quidem contractibus, & inſtrumentis, licet plures interuenerint mulieres, vel minores, vnius tñ decreti ſolutione erit contentus. In cæteris verò cauſis quibuſcunq; ordinarijs teneatur cognoſcere, terminare, & ſententiare iuxtà diſpoſitionem Statutorum noſtrorum; quib. ceſſantibus, ſecundùm, quòd Ægidianę Conſtitutiones, & Ius Commune diſponunt. Et in Palatio Cõmunis ſedere debeat ſingulis diebus iuridicis ſemel in die pro iure reddendo cuicunq; adeunti, nec poſſit recipere aliquas ſportulas; vel ſalaria pro deciſione quarũcunq; cauſarũ corã ipſo vertẽtiũ, niſi eſſet Iudex delegatus dictarũ cauſarũ ſpecialitèr, & expreſsè, iux. Rub. de ſalario Iudicũ. Ad qđ quidem regimẽ Præturę Ciuit noſtræ nullus eligi, aut aſſumi, & imburſari poſſit, niſi fuerit legum Doctor, & maior viginti quinque annis, ac per triennium Conſiliarius Foroliuij, & prius ballotatus in Conſillo generali ad dictum effectum, poſteaque extrahatur ex buſſula, ſeu burſa, in qua poſiti ſunt, qui debent extrahi Prætores quolibet anno pro kal. Ianuarij. Item teneatur, & debeat in principio ſui officij iurare manu tactis diuinis ſcripturis ad ſacroſancta Dei Euang. in manib. D. Gub. præſentib. DD. Cõſer.

Ciuitatis Foroliuij se rectè, & diligenter exercitaturum officium suum, & obseruaturum Statuta huius Ciuitatis, nulloque modo contra facturum. Hisque subiungimus, quòd idem D. Prætor liberam, & amplam habeat, habereq; intelligatur facultatem, & authoritatem omnimodam, vsque ad summam lib. v. de eisdẽ pœnis in totum, vel in parte gratiam, ac remissionem ad sui arbitriũ, ac simplicem voluntatem faciendi, & quibuscunque concedendi, illasque quomodolibet cõmutandi, componẽdi, condonandi, & cassandi, etiam per simplicem abolitionem, liberè, & gratis vbique, iuxtà stylum, & obseruationẽ antiquam vsq; adhuc continuatam. Et illi impartimur authoritatem sibi, & pro suo officio eligendi, & deputandi Executorem, & Plazarium, seu Nuncium, qui exequi possint, & debeant citationes, commissiones, ordinationes, & executiones emanandas à dicto D. Prætore, & à DD. Conseruatoribus, Præfectis Annonæ, & Edilibus, ac ab alijs Officialibus, & Datiarijs, atquè publico exactore Communitatis, ac etiam comitatus, tàm in Ciuitate, quàm in territorio, & districtu, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus causis ad forum eorum spectantibus.

DE PRÆTORIBVS PETRÆ APPII, ROCCHÆ ELMICIS, ET FLVMANÆ, AC EORVM ELECTIONE, ET OFFICIO. RVB. V.

DECERNIMVS, & ordinamus, quòd quilibet electus, & ex solita bursa extractus fuerit ad regimen Præturæ Petræ Appij, sit legum, vel Artium, & Medicinę Doctor, aut Comes, vel Eques de Consilio tamen Ciuitatis nostræ; nullusque possit eligi, aut admitti ad officium Præturę Rocchę Elmicis, aut ad officiũ simile Potestatis Flumanæ, nisi fuerit Foroliuiẽsis Ciuis, & Consiliarius: & prædictorum Prætorum officium duret per annum, & vnusquisque eorum liberè possit causas ciuiles tantummodo cognoscere, diffinire, terminare, ac sententiare secundùm Statuta dictorum Castrorum, & locorum; quibus deficientibus, prout Statuta Ciuitatis Foroliuij disponunt, & vbi Statuta non loquuntur, secundùm dispositionẽ Constitutionis Ægidianæ, & iuris communis. Pro decisione verò causarum, nihil penitùs recipiant; præter id, quod Statuta dictorum Castrorum, & locorum obseruantia solita determinant, nisi essent Commissarij, siuè delegati Iudices; currat tamen omni tempore salarium eis constitutum, & dies eorum ingressus erit kalendis Maij, & denique iurabunt in Palatio Communis coram DD. Conseruatoribus in manibus D. Gubernatoris tactis manu propria scripturis ad sancta Dei Euangelia, quòd fideliter, legaliter, & sine fraude sua exercebunt officia, & seruabunt prædicta Statuta, nec pacto vllo contra ea facient, vel venient.

DE COMMVNI, ET HOMINIBVS PARTISETÆ. RVB. VI.

PER acta publica in Secretaria Communitatis nostræ recondita cunctis patet, quod ab antiquo, immemorabiliquè tempore Homines Communis Partisetæ districtus Foroliuij confinantis cum territorio Petræ Apij, ac statu Magni Ducis Tusciæ, post mortem vltimi Comitis tunc illius loci Domini, & Patroni spontè se, vna cum eorum Iurisdictione, omnibusquè iurib. & spectantijs tradiderunt, subiecerunt, atquè perpetuò commendarunt Communitati nostræ Foroliuij; quæ libenter eosdem homines, ac Commune sub suo gubernio acceptauit, & ab inde vsquè adhuc retinuit, & retinet, paternisquè fauoribus, & indultis in dies prosecuta est. Quocircà ad præseruandum ius, & præeminentiam Communitatis Foroliuij statuimus, & declaramus eundem locum, siuè Commune Partisetæ haberi, tractari, ac semper habendum esse, vti, & tanquàm districtû Ciuitatis Foroliuij. Volumus insuper perpetuis futuris temporibus eosdem homines, & Commune teneri quotannis in die festo S. Mercurialis Protectoris nostri ad portandum, & offerendum Magistratui DD. Conseruatorum, ac liberè ei donandum, pro honorantia, solitum, & antiquum munus, materno sermone appellatum [il Sparauiero] pro quo tradunt duos hædos, & libras quinque monetæ Prouinciæ, ad instar Tributi antiqui; sicut adhuc semper seruatum fuit, sub pœna arbitrio Illustrissimi Legati, seu Rectoris Prouinciæ pro tempore.

DE EQVITE, ET SOCIO CVSTODIÆ, AC EORVM OFFICIO. RVB. VII.

IVXTA Sanctiones, concessiones, & antiquam immemorabilis temporis obseruationem per præsens Statutum ordinamus, quòd de omnibus Ciuibus Consiliarijs duæ fiant bursæ, in quarum altera descripti reponantur omnes graduati, in altera cæteri non graduati, quæ retineantur, & conseruentur in solita capsa Communitatis, in qua reconditæ sunt bursæ aliorum Officialium; & ex prima suo tempore extrahatur sorte Eques Custodiæ, ex secunda autem eius Socius, vel Officialis, quorum officium duret per sex menses, ingressusquè illorum sit prima die Maij, & prima die Nouembris respectiuè.

DE IVRISDICTIONE EQVITIS, ET OFFICIALIS CVSTODIÆ. CAP. 2.

EQues,& Socius,seu Officialis Custodiæ cognoscent,& insimul terminabunt omnes causas ciuiles vsq; ad summam lib. quinquaginta bon. inter Ciues Foroliuienses ex vna,& forenses ex altera,& inter forenses,& forenses; nec non inter hospites,& bettolerios,vendentesq; vinum ad minutum ex vna, & forenses ex altera signanter,vbicunq; contentio sit ratione, & causa hospitationis, & comessationum,siuè comestionum, & etiam inter mulieres meretrices, seu etiã lenones, & pariter terminent causas damnorum datorum quomodolibet in Ciuitate,ac foueis circà,& extrà muros Ciuitatis, licèt inter Ciues sint.

QVIS INTELLIGATVR FORENSIS. CAP. 3.

FOrensis ille dicitur, & appellatur, qui non sit originarius de Ciuitate Foroliuij, siuè illius comitatus, vel districtus, vel saltem domicilium Foroliuij non contraxerit per tempus annorum quinque continuorum, siue etiam si non erit originarius Foripompilij,vel territorij sui, aut etiam de territorio loci Casæ Muratæ,pro conseruatione antiquæ memoriæ, & auctoritatis Ciuitatis Foroliuij,quę olim iurisdictionem habebat super dictis locis,& Populis,licet iam à sede Apostolica dismembrati à Ciuitate Foroliuij fuerint, & sub Dominio aliorum positi, & commendati; qui forensis intelligatur acquisiuisse forum, quò ad præsens officium statim, ac ingressus sit territorium,siuè districtum Foroliuij.

DE MODO PROCEDENDI IN DICTIS CAVSIS. CAP. 4.

QVando occurrit, quòd coram prædictis Equite, & Officiali Custodiæ compareat aliquis de Ciuitate, comitatu, vel districtu Foroliuij, vel aliquis forensis asserens,mediante aliquali scriptura publica, vel priuata,siuè cũ vno teste iurato, & cum iuramento eiusdem creditoris,se esse creditorem alicuius forensis,& petat debitorem huiusmodi personaliter capi, & arrestari,vel etiã eius bona mobilia,vel se mouentia, tunc si bona non sint sufficientiã pro credito exequatur in personam illius, qui arrestari tunc debeat; Equesque,ac Officialis prædicti statim, siuè etiam alter solus eorum teneantur, seu teneatur, & possint, siuè possit concedere mandatum executiuum describendum tamen à Notario Actuario ad ciuilia Foroliuij,& subscribendum saltem ab altero ipsorũ, & facta executione,siuè captura,relaxari minimè possint bona, siuè persona capta,nisi priùs debitor præstiterit cautionem de stando iuri, & iudicatum soluendo,idque locum habeat in casu, quo creditum instantis non esset liquidum, sed si esset liquidum,& captura,siuè arrestatio facta foret ad effectum exigendi,siuè vt soluere-

vt solueretur; tunc, si creditor petit sibi assignari rem, siuè bona pro concurrenti quātitate crediti assignētur, vel debitor in carceribus retineatur, donec effectualiter satisfactum sit creditori, & in tali casu liquidationis existentis possit creditor vti cumulatiuè retentione reali, & personali; pariter dùm forensis agat contrà forensem, tunc si actor petat, teneatur pariter reus præstare fideiussionem, vt suprà idoneam de stando iuri, & iudicatum soluendo; sicut etiam præstari volumus per actorem, si tamen petitum sit, fideiussionem de stando iuri, & reficiendo expensas in casu succumbentiæ, & in his procedi possit omni tempore, & etiā in diebus feriatis in, & circà tamen capturam, arrestationem, & fideiussionem prædictas. Insuper si dùm instatur pro commissione mandati de capiendo, siuè arrestando, si periculum esset in mora, tunc cōmitti possit tale mandatum ēt per simplicem schedam subscriptam ab Equite, seu Officiali prædictis, siuè etiā à Cancellario Actuario, vel ab altero ipsorum, dùm tamen incōtinenti, sequuta captura, siuè arrestatione, deducatur ad notitiam vel Equitis, vel Officialis, & redigatur in scriptis penès acta ciuilia; & similiter quilibet executor publicus Ciuitatis Foroliuij possit exequi huiusmodi mandata. Præterea prædicti Iudices possint in causis damnorum datorum, & in causis ciuilibus nō excedentibus libras quinque bonenorum procedere summariè, absq; tela iudiciaria, attenta sola facti veritate, & etiam per iuramentum decisiuum causas terminare; in alijs autem causis teneantur abbreuiare terminos quantò magis possibile sit, & resecare cauillationes; instructaque causa ad sententiam, debeant de communi eorum voto, & consensu, illam definire, & terminare, per iustitiam. Si autem non essent concordes, tunc recurrant ad D. Prætorem Ciuitatis, qui in tali casu teneatur impartiri eis consilium suum, vel ad alium peritum I. V. D. Ciuitatis Foroliuij eis benè visum, non tamen partibus suspectum, & cum voto alterius prædictorum ad sententiam deueniant.

DE MERCEDE EQVITIS, ET OFFICIALIS CVSTODIÆ, NOTARII, ET EXECVTORIS. CAP. 5.

Eques, & Officialis Custodiæ pro omni sententia ab eis proferenda, vbi causæ cognitio interuenit, habeant pro eorū sportulis in totum quatrenos duos pro libra valoris rei, siuè quātitatis petitę, & hoc intelligatur in sententijs diffinitiuis, nec pro qualibet alia pronūcia, siuè commissione prætendere, vel habere possint mercedem aliquam. Item Eques, & Officialis pro mandato executiuo de arrestando, siuè capiendo, vbi cognitio causæ non fuit, habeant tantum bononenos duos in totum; Cancellarius autem habeat solidos quatuor; pro actis autem, productione scripturarum, examine testium, rogitu sententię diffinitiuę, & alijs habeat iuxtà taxam in rub. inf. de mercede Notarij Actuarij definitam. Executores autem pro captura reali, vel personali, si fiat in Platea publica, habeant solidos quinque, in alijs autē locis Ciuitatis duplum, si autem extrà Ciuitatem,

tem, vltrà dictos solidos quinquè, habeant solidum vnum pro qualibet libra rei, siuè quantitatis petitæ, dummodò merces illius non excedat paulos tres. Vlterius expensæ mãdati pro arrestatione, siuè captura carcerationis, & rogitus fideiussionis persolui debeant ab actore, cui tamen à reo succumbẽte refici debeant, etiam si à Iudice non declaretur; & pariter idem creditor soluere teneatur quascunquè expensas necessarias pro assecuratione fori. Iuri etenim conueniret actorem sequi forum rei, quòd si per hoc remedium extraordinarium obueniat illi commoditas trahendi reum extrà suum forum; iuri etiam consentaneum est, quòd expensas prædictas actor faciat, præcipuè cum certus sit, quòd in fine causæ reficientur sibi victori dictæ expensæ.

DE REGALIIS PER HOSPITES, ET BETTOLERIOS SOLVENDIS. CAP. 6.

HOspites, & bettolerij Ciuitatis, iuxtà communem, & antiquum vsum ab immemorabili tempore inceptum, teneantur in prima hebdomada post festũ omnium Sanctorum dare, & portare prædictis DD. Equiti, & Officiali, vnum par caponum pro quolibet hospite, & vnum caponẽ pro quolibet bettolerio, qui diuidi æqualiter debeant inter Equitem, & Officialem modernum, & Equitem, & Officialem præcedentem; remittendo ad arbitrium prædictorum modernorum condonare Cancellario aliquam partiúculam, & si prædicti hospites, & bettolerij defecerint, cadat ipso iure hospes in pœnã vnius scuti, bettolerius autem medij scuti, vltrà solutionem caponum, quę pœna applicata intelligatur secundum assignationem supradictam caponum.

DE SYNDICATV IVDICVM, ET OFFICIALIVM CIVITATIS FOROLIVII. RVB. VIII.

QVONIAM congruum est, & expediens, vt Rectores, functi officio suo, villicationis debitam reddant rationem, statuimus, & ordinamus, vt Gubernator, Iudices, Baricelli, ac alij Officiales, qui de iure, vel consuetudine syndicatum patiũtur, teneantur, & quilibet ipsorum teneatur, finito eorum officio, & non antè modo aliquo, ratione, vel causa instare coram DD. Conseruatoribus pro tẽpore existẽtibus, vt extrahantur Syndicatores ad ipsos syndicãdum, & eorum familiam de omnibus, & singulis gestis per se, & eorum Locumtenentes, & familiam. Qui DD. Conseruatores tunc, nulla mora interposita, curent, vt extrahantur tres syndicatores ex bursis ad id destinatis, & illis committant, vt exequantur officiũ suum; qui syndicatores publico edicto notum faciant omnibus, & singulis, quòd eadem die incohatum fuit tempus cuiusuis ex prædictis Iudicibus, seu Officialibus syndicandi; & si quis voluerit agere, vel conuenire, vel aliquam querelam proponere, debeat comparere per

rere per se, vel alium infrà tres dies, si erit de Ciuitate Foroliuij, si verò de comitatu, vel districtu infrà quinque dies ad dandum, & porrigendum corã ipsis syndicatoribus quascunque petitiones, seu querimonias contrà ipsum syndicandũ, & eius familiam; aliàs si in dictis terminis respectiuè non comparuerit, & ijsdẽ temporibus, & terminis petitiones, & querimonias non produxerit, ampliùs non audiatur, & ipse syndicandus, & eius familia absolui debeat ab ipsis syndicatoribus, & sic absolutus possit, & valeat discedere liberè, & absquè aliquo impedimento à Ciuitate, & districtu Foroliuij, & ire quò libuerit. Si verò in dicto termino respectiuè porrecta fuerit petitio, seu querimonia contrà dictum syndicandum, seu eius familiam, possint, & valeant dicti syndicatores, etiam eodem die, quo porrecta fuerit dicta petitio recipere responsionem per dictum syndicandum faciendam, ac depositiones testium; & summariè absque ordine, & tela iudiciaria se informare, & causam, seu causas huiusmodi infrà dictum tempus decidere, & terminare prout iuris, omni appellatione suspẽsiua remota, nisi alitèr ex causa videatur Illustrissimo Legato, vel Rectori Prouinciæ pro tempore existenti; prędictusquè syndicandus teneatur, & debeat ipse permanere in Ciuitate Foroliuij ad dictum syndicatum saltèm per sex dies, quibus tamen transactis non possit sine licentia, & fideiussore idoneo præstito de iuditio sisti, & iudicatum soluendo, recedere. Et si recesserit absque licentia D. Leg. seu Rectoris Prouinciæ pro tempore habeatur pro confesso, & conuicto de omnibus, & singulis petitionibus, & querimonijs, quæ contrà ipsum porrigerentur, & porrectæ fuissent tempore eius syndicatus, & possit condemnari, & eius condemnationes exequi valeant, ac si in iudicio spontè confessus fuisset ad damnum, & grauamen ipsius, omni appellatione, recursu, & suspensione remotis. Si autèm, syndicatu non dum publicato, eum discedere contigerit, omnibus opportunis remedijs ad syndicandum redire cogatur.

DE NVMERO NONAGINTA VIRORVM PACIFICORVM FOROLIVII. RVB. IX.

CVM Ciuitas hæc nostra Foroliuiensis, immò, & tota Romandiolæ Prouincia, ob factiones, inimicitias, & intestina odia, in tot, ac tantas perturbationes, homicidia, & deuastationes esset collapsa, vt omnis salutis spes penitùs sublata esse videretur, diuino fauente auxilio factum est, vt per Reuerendissimum D. Ioannem Guidiccionum tunc temporis dictæ Prouinciæ Præsidem Nonaginta homines eiusdem Ciuitatis, Pacifici nuncupati, deligerentur, qui dies, noctesquè super Pacifico statu inuigilando, discordias componendo, facinorosos, ac perditos homines persequẽdo, quieti, paciquè vniuersali, ac particulari operam nauando; Ciuitatem ipsam à desperatione ad salutem, à

tem, à seditione ad pacem, à morte ad vitam, & à malo ad omne bonum, ac ab iniustitia ad iustitiam perduxerunt, atque restituerunt, & in dies tuentur, & custodiunt: quorum exemplo monitæ cæteræ huius Prouinciæ Ciuitates æmulantes pacis, & quietis statum, simili Pacificorum Cœtu, pacem, & quietem sibi parere procurarunt, & feliciter, Deo fauente, cōsequutæ sunt. Constat .n. Cœtus Pacificorum Foroliuij ex numero nonaginta virorum pacis, & quietis zelantiū, qui omnes neutrales, non seditiosi, nec factiosi vicisim Magistratum Prioris, & Defensorum gerunt, & permultis Priuilegijs, & immunitatib. gaudent, quibus à Summis Pōtificibus, & specialiter à SS. DD. NN. Clemente Octauo, & Paulo Quinto donati fuerunt: extat enim Breue Pauli Papæ Tertij, sub Dat. Romæ die xxiv. Maij MDXL. de creatione dicti Numeri, ac confirmatione capitulorum, & ordinamentorum: ac etiam Iulij similiter Tertij, sub Dat. Romę die xxvij. Martij MDL. item, & aliud Breue Pauli Papæ Quarti, sub Dat. Romæ die iij. Augusti MDLV. perpetuò dictum Numerum confirmans, cum omnib. Priuilegijs, honoribus, indultis, gratijs, prærogatiuis, præeminentijs, & concessionibus solitis, ac etiam per alios Summos Pontifices, per dictæ Prouinciæ Legatos, Vicelegatos, & Præsides concessis, & factis: & propterea ea omnia obseruari statuimus, & ordinamus. Ad dictum autem Numerum spectat cura, & custodia Murorum, Portarum, Fouearum, & Terraleorū Ciuitatis, excepta illa Terralei parte in loco nuncupato [la Celetta del Zoppo] possessa p Dños de Augustinis, qui possidentes dictum sacellum, pro loci illius residio quotannis in perpetuum dare, & persoluere tenentur Cōmuni Foroliuij medietatem lib. ceræ albę. Hæc igitur Portæ, Fouæ, & Terralea locantur à dicto Numero cū Capitulis ab ipso factis, & faciendis. Regaliæ item Portarum, secundùm capitula dicti Numeri, sunt pro reparatione, & manutentione Portarum, & Pontium, & pro salario Portinarij positi ad effectum claudēdi eas tempore tumultus ad sonū campanæ, & custodiendi Ciuitatem, clauesque earum, iuxtà opportunitates, portādi, & reportandi, & propterea neminem cuiuscunq; generis, & conditionis immunē esse ex immemorabilis temporis consuetudine compertū est. Controuersiæ autem, & lites, quę oriuntur inter conductores Datiorum, & prouentuum dicti Numeri, & eos, qui dicta Datia, & prouentus, siuè eorum regalias, iuxtà solitū soluere tenentur, cognoscantur, & terminentur à Priore, & Defensorib. dicti Numeri summariè, & sublatis ordinibus iudiciorū, sicut & causæ inter Milites custodiæ Palatij Cōmunis, & inter alios, & dictos Milites cognoscuntur, & finiūtur à dictis Priore, & defensoribus omni summarietate gratis. Præterea, sicut recognitiones, quę pro Mattinatis ab antiquo fieri, & solui solent à Viduis insimul nubentibus fuerunt applicatæ per Sum. Pont. dicto Num. pro manutentione Murorum Ciuit. ità & Nos statuimus, & ordinamus, quòd p̄dicti secundò nubentes, tā pro parte viri, quā mulieris debeāt soluere in manib. Thesau. dicti Num. solitas regalias, siuè solutiones iux. formā Cap. seu Bullę desup emanatę, & stylū dictę Ciuit.

De Domo

DE DOMO DEI. RVB. X.

COMPERTVM esse iam ab antiquo noscitur, Hospitale magnum Ciuitatis Fotoliuij nuncupatum Domus Dei, destinatum à Cōmunitate, & sex Societatibus Battutorum, Alborum, Nigrorum, Rubeorū, Bisiorum, Viridorum, & Cęruleorum summa cum Pietate quampluribus facultatibus, bonisq. stabilibus auctum, & locupletatum fuisse, ad effectum, vt non modò, iuxtà officium, & benè ordinatam Charitatem Xenodochij, Nosocomij, Gerontocomij, verum etiam Brefotrophij, pro infātibus expositis, & derelictis alendis, & educandis fideliter regatur, gubernetur, & perpetuò seruetur, opportunèq. annui redditus, & prouētus illius per Deputatos Oeconomos, Curatores; siue Administratores pro tempore eligendos dispensentur, & expendantur; verum etiam illud, & illius indulta, bona, & iura in omnibus adaugeantur, atq; pro maiori honore diuino extollantur. Ideo in hoc, magno quidem studio, & cura inuigilantes, ne intentio pię mentis Auorum nostrorum fraudetur, & à concessione Patronatus p Breue Eugenij Papæ IIII. sub Dat. Ferrariæ Nonis Maij MCDXXXVIII. Cōmunitati condonata, diuertatur. Hoc p̄senti Statuto ordinamus, quòd secundum obseruatam, & inueteratam consuetudinem, per Magistratum DD. Conseruatorum pro tempore existentem, Hospitale prędictum, quolibet bimestri saltem semel in primo Mense, visitetur ad præsentiam sex virorum in Curatores illius electorū, qui de moribus, & gubernio rerum Domus, pauperum hospitatorum, puerorum, & puellarum, ac totius familiæ ibidem alimentatæ; nec non de debitis, & creditis, & de officio inseruientium, ac de alijs ad Hospitale spectantibus, per ipsum Magistratum interrogentur, ad effectum, vt quantum fieri possit, eadem familia bonis moribus imbuatur, salutaribusquè monitis repleatur, locoquè in omnibus succurratur. Prætetea de triennio in triennium, datis nominibus triū Ciuium, vel de Populo, à qualibet ex prędictis societatibus Battutorum, eligantur, siue potius confirmentur sex de eisdem nominatis, vnus scilicet ex qualibet societate in Curatores, & administratores prędicti loci, eiusquè bonorum in Consilio Generali Ciuitatis; quorum officium per tres annos perduret, & ad eos cura, & onus spectet vniuersale Hospitalis, siue Domus prędictę; ipsiquè in ingressu sui officij eligāt, deputent, seu cōfirment Priorē, siue Priorissā Domus eiusdem; pariterquè, cum salario tamen eis beneuiso, eligant, ac ad arbitrium suum moueant, siue mutent factotem, & alios pro seruitio necessario inseruientes, rationemquè, siue rationes, & computa administrationis eorum teneant, vt suis loco, & tēpore in fine eorū officij, siue ēr alio tēpore, si sic videretur Consilio Ciuitatis, ostendant; reddere, atq. ostendere possint, eaq. omnia gerant, faciant, atq. adimpleāt, ad q̄ de iure qlibet administrator rerum alterius tenetur.

Reuisores autem computorum administrationis eorum eligi congruo tempore debeant à Consilio Generali. Non tamen ob id diminuere, siue aliquo modo præiudicare intendentes authoritati, præeminentię, facultati, & superintédentiæ Perillustri, & Reuerendiss. D. Episcopo Ciuitatis à Sacro Concilio Tridétino, Sacrisque Canonibus super huiusmodi locis pijs, siue Hospitalibus cócessis. Quinimmò eundem Reuerendiss. Antistitem rogamus, vt sæpè eundem locum visitare, & de ratione guberniј illius, ac de moribus, & vita totius familię perquirere velit, & insuper decernere quicquid magis iustum, & decens ipsi videbitur.

DE MONTE PIETATIS, ET OFFICIO MASSAROLI. RVB. XL.

MONTEM Pietatis Ciuit. nostrę sacrũ quidé re, & nomine, quasi Patrimonium pro indigentibus Populi Ciuitatis erectum, iuxta inueteratam Auorum nostrorum obseruantiam, & piam intentionem, laudabilesq; circa illius regimen, sanctiones, & capitula timore diuino inuiolatè cóseruari volumus, & ordinamus, nec non etiam, summa cum solicitudine, & cura, vigintiquatuor viros in eius Curatores deputatos, ac Priorem, officialesq; pro tépore existentes, & præcipuè Generale Consiliũ Ciuitatis pręcęteris illius beneficio, & augumento inuigilare debere decernimus. Curatores prædicti iuxtà morem antiquũ à 24. virorum congregatione, ex nominatis tamen à sex societatibus Battutorum Foroliuij, in locum defunctorum opportunè, respectiuèquè subrogentur; quorum officium perduret quo ad vita fruentur; Prior auté, ac alij officiales pro tempore duraturi per triennium eligantur extrà numerum prædictorum Curatorum ab eadem ipsa congregatione, interuentu tamen, & voto Reuerendiss. Antistitis Ciuitatis, Magistratus Conseruatorum, cum eorum Aduocato, & Syndico, ac Reuer. Patris Guardiani Conuétus Sancti Hieronymi appellati de Obseruátia, iuxtà antiquam obseruationem, & Capitulationes aliàs impressas. Nec sit qui bona illius sub quouis prætextu in priuatũ vsum diuertat: immunitates, præeminentias, Priuilegiaq; à S. Sede Apostolica concessa, & approbata, atq; indemnitatem illius, quicunq; omni studio defendat, & perquirat. Reuerendissimusq; Episcopus Ciuitatis, tanquam à sacrosancto Concilio Tridentino superinde vocatus, & deputatus, sępè ad illius visitationem morum, & administrationis officialium ratiocinationem, precibus à Magistratu Cóseruatorum inducatur. Pariter statui putauimus circà Massaroli officium, quod ad obuiandũ fraudib. Executorũ, & ꝑ minori dispendio debitorũ, ac ꝑ faciliori satisfactione creditorum introductum est, capitulationes eius adhuc existentes, & ét fortassè in posterum reformandas, siue decernendas ad vngué obseruari, illasquè impressas appendi publicè, & semper volumus, subpœnis, iuris, & indigna-

indignationis Sanctissimi D. N. Papæ, nec non grauaminis conscientiæ quorūcunque transgressorum, sed signanter officialium, qui animaduertere debebunt, ne æstimatores electi, & Tubicen extra solitum eiusdem officij Massaroli muneri suo in aliquo desint, sed debita cum diligētia fideliter, & cum celeritate inseruiant, & per eos exequenda exequantur; Executorumque mercedes debitę, & taxatæ minimè excedantur; sciant tamen quilibet ex prædictis officialibus, videlicet Prior, Subprior pignorum, Depositarius, atque Massaroli officialis se in fine eorum officij teneri, & obligatos esse ad reddendam finalem rationem villicationis suæ. Capitula verò Massaroli registrata sunt in fine libri secundi.

DE VISITATIONE, ET DEFENSIONE ECCLESIARVM CATHEDRALIS, ET SANCTI MERCVRIALIS. RVB. XII.

QVONIAM in necessitatibus nostri Communis consueuimus auxiliū Beatorum Mercurialis, & Valeriani Patronorum nostrorū quamplurimum implorare. Ideò statuimus quòd ad reuerentiam, & honorem ipsorum DD. Gubernator, & Conseruatores cum Defensoribus Sacri Numeri Nonaginta Virorum Pacificornm, qui tunc omnes pro tēpore fuerint cum curialibus, seu eorum familia, ac hominibus de Consilio Ciuitatis teneantur, & debeant singulis annis, pridie kalendas Maij visitare Ecclesiā Diui Mercurialis, cuius natalitia eodem die celebrantur, & pariter Ecclesiā Cathedralē quarto Nonas eiusdem Mensis, quo die festiuitas Sancti Valeriani colitur; ibique eorū corpora venerari, quę in capelis ipsismet Sanctis dicatis quiescunt; deuotèquè Missam honorabiliter decantatam audire, & reuerenter ad Processionem ire, post factam tamen prius per DD. Conseruatores, & Defensores Numeri oblationem solitam cæreorum, valoris librarum decem bonenorum, pro illuminandis prædictis Ecclesijs; & casu quo non exhiberentur, seu offerentur ipsi cærei, nihilominus soluantur libræ decem bonenorum vnicuique Ecclesiæ perquemlibet Magistratum, prout vadunt, & offerunt annuatim Ecclesię Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo in die Annunciationis Beatæ Virginis; quæ quidem pecuniæ debeant conuerti pro lumine, siue ornamento Altarium dictarum Ecclesiarum. Insuperque sectantes laudabilem, & antiquam dispositionem Statutorum nostrorum ordinamus, quòd Ecclesia Cathedralis, & Ecclesia, seu monasterium Abbatiæ Sancti Mercurialis, eorumque iura, à DD. Gubernatore, Conseruatoribus, Potestate, ac alijs officialibus Communitatis nostræ pro viribus illæsa ab omnibus conseruentur.

DE CAEREIS PORTANDIS PER ORDINES AD SANCTVM MERCVRIALEM, ET SANCTVM VALERIANVM. RVB. XIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd quilibet Artium Consul Ciuitatis Foroliuij singulis annis teneatur offerre vnum Cæreũ cæræ albę, iuxta solitum, & consuetum, pro quolibet ordine, Ecclesijs Sancti Mercurialis, & Sanctæ Crucis, in diebus festiuitatum dictorum Sanctorum, post Processiones ibi solemniter factas, & qui ex dictis Consulibus non exhibuerit Cæreum, condemnetur per DD. Conseruatores in libras quinque bonenorum pro quolibet, applicandas eisdem Ecclesijs, & nihilominus cogatur offerre dictum Cæreum.

DE DONATIONE ALIAS PER COMMVNE FACTA ABBATIÆ SANCTI MERCVRIALIS. RVB. XIIII.

STATVIMVS, quòd Monasterium Abbatiæ Sancti Mercurialis liberè teneat, & possideat terrenum fossati, quod quidem terrenum, existens extrà Ciuitatem Foroliuij, à Ponticello Calancorum, vsque ad Campũ nũcupatum de Plebe Sancti Martini in strata, iuxta viam Communis, & Viridariũ dicti Monasterij, olim Communitas nostra dedit, concessit, ac titulo donationis inter viuos tradidit dicto Monasterio: ità, vt in huiusmodi terreno, & de muro iam ibi facto per D. Abbatem dicti Monasterij, possit idem Monasterium, vel eius Syndicus, seu Camerarius facere, & disponere quomodo sibi magis placuerit; nec valeat dictum Monasterium super dictis rebus impediri, vel molestari per dictam Communitatem Foroliuij, vel aliquem eius officialem, siue aliam quamcunque personam, non obstantibus aliquo Statuto, vel reformatione factis incontrarium, vel de cætero fiendis.

QVOD OFFICIA, DATIA, AC BONA STABILIA COMMVNIS DE CÆTERO NON VENDANTVR. RVB. XV.

VT res, bonaque Communitatis nostræ ea, qua decet, fide, & cura prouidè administrentur, & diligẽter custodiantur, hac salubri lege perpetuò valitura statuimus, & ordinamus, quòd in posterum officia, Datia, cæteraquæ

teraque bona immobilia dictæ Communitatis, sub quouis prætextu, vel quæsito colore nullatenus possint vendi, nec ad longum tempus locari, permutari, siue aliquo modo alienari per quoscunque alios, etiam electos ad huiusmodi officia, seu conductores dictorum Datiorum; quòd si aliàs fuerit contrafactũ, tunc vendentes, & ementes, nec non Arrengantes, vna cum Cancellario scribente, ac omnes alij huiusmodi venditioni, permutationi, vel alienationi consentiẽtes incurrant ipso facto in pœnam, de qua in Const. Sixti V. & Clem. VIII. in Bulla de bono regimine. Et quilibet valeat dictos contrafacientes denunciare, & teneatur secretus: & hoc præsens Statutum sit præcisum in qualibet sui parte.

DE IVRIBVS, ET IVRISDICTIONE COMMVNIS FOROLIVII DEFENDENDIS. RVB. XVI.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd DD. Gubernator, Cõseruatores, Potestas, ac alij officiales Ciuitatis nostræ, & districtus, qui sunt ad præsens, & erunt in posterum pro Sancta Romana Ecclesia nostra Domina, & Patrona, teneantur, & debeant pro honore, & conseruatione status Sanctæ Romanæ Matris Ecclesiæ, & eius iurium, & iurisdictionis pro viribus recuperare, manutenere, & defendere iura, bona, & iurisdictiones dicti Communis, & quæ ad ipsum Commune canonicè, & legitimè spectãt, & pertinent ex Priuilegijs, vel Instrumentis, seu alio quocunque iusto, & canonico titulo. Et hoc Statutum sit p̃cisum in qualibet sui parte, nec possit reuocari, nisi per Illustriss. D. Legatũ Prouinciæ, vel alium à Sede Apostolica authoritatem specialem habentẽ: & si DD. Gubernator, Conseruatores, Potestas, vel alij officiales in his negligentes, vel remissi fuerint, in quinquaginta lib. pro quolibet puniantur.

DE CONFINIBVS. RVB. XVII.

AD conseruandum iura status, & ditionis S. Romanæ Ecclesiæ, confinesque territorij Ciuitatis Foroliuij, & Castrorũ Petræ Appij, Rocchæ Elmicis, Flumanæ, & Pattisetæ de districtu eiusdem Ciuitatis magis certos, & securos reddẽdos, possessionemq; actualem Dominij, & iurisdictionis eorum præseruandam ab omnibus turbare, vel occupare quærentibus: volumus, p̃sentique nostro Statuto ordinamus in posterum omni saltem decennio per Cõsilium generale Ciuitatis requiri D. Gubernatorem pro tempore existentem: & eligi duos viros Consiliarios, alterum videlicet graduatum, & alterum non graduatum

duatum: qui,ducto secum Secretario Communitatis,omnes prouisi de alimentis quotidianis tantùm pro se,equis,& inseruiẽtibus eis de bursa Communitatis, & dictorũ Castrorũ pro rata tñ taxan. & persoluẽdis,insimul se personaliter cõferant mense Maij,vel Septembris ad loca finitima antedictorũ Ciuitatis,& Castrorum Foroliuij,pro visitandis finibus existentibus,tàm inter territoria prædicta,& statum Magni Ducis Tusciæ, quàm etiam aliorum locorum contiguorũ, & vicinorum quorumcunque,prout Meldulæ,Bertinorij, Foripompilij,Rauennæ,Casæ Muratæ, Fauentiæ, Castrocarij, & similium:accersitisque hominibus viciniæ informatis,vbi opus fuerit,summa diligentia, & fidelitate in territorio tñ p sex.vel octo dies ad plus perquirant, & inuestigent de veris,solitis,& antiquis confinibus,& terminis,& an aliqualiter, etiam in minima parte læsi, vsurpati,vel mutati aliàs, vel de recenti in præiudicium tàm Ciuitatis, & districtus prædictorum,quàm Cameræ Apostolicæ fuerint,& sint; & desuper notari, & describi faciant veritatem confiniũ,v3 terminos,atque signa,separationẽ,& diuisionem designantia,& indicantia,vel perpetua sint,vel non;& quatenus expedire noscant noua apponenda esse magis certa, & apparentia, apponi, fieri, siue renouari curent,& faciant,& quicquid ab eis factum fuerit,siue eadem de causa fortasse faciendum fore duxerint,annotetur per Secretarium prædictum in libro particulari,qui ad perpetuam rei memoriam conseruetur in Archiuio particulari Communitatis; & de omnibus super inde sequutis,& peractis,postea quã primùm fiat relatio Consilio Generali,& ex inde significetur Rectori Prouinciæ per idem Consilium,si quid de his dignum significari iudicatum fuerit ad omnem bonum finem,& effectum.

DE ARCHIVIO PVBLICO. RVB. XVIII.

SVMMA quidem,atque laudabili prudentia Sixtus Papa Quintus felicis recordationis ordinauit fieri, & eligi Archiuia publica in locis status Ecclesiæ,vbi tunc non reperiebantur. Nulla enim benè ordinata Respublica, siue Ciuitas est, quæ Archiuium huiusmodi non habeat ad recondẽda in eo, & perpetuò præseruanda Instrumenta,& scripturas publicas, ac etiam quandoquè priuatas. Ideo atrẽdentes vtilitati publicæ, & conseruationi introductionis prædictæ, volumus Archiuium publicum Communitatis Foroliuij perpetuis futuris temporibus manuteneri, solitisque Capitulationibus regi, & exerceri,illique opportunè suo tempore de fideli custode,siue Archiuista prouideri; qui si aliquam cõmisserit fraudem, seu falsitatẽ ad nutum Cõsilij Generalis à custodia reijci,aliusque magis idoneus ad custodiam subrogari possit; etiam si ille met foret,cui tanquam maiori oblatori in subhastatione cõcessum fuisset;

illeque

illeque cauere debeat ab extorsionibus, & insolitis, ac illicitis solutionibus petendis: esseq; debeat Archiuista, siue Custos prædictus Notarius publicus Ciuitatis, vel districtus Foroliuij, teneaturq; locum Archiuij quotidie saltem semel visitare, illumq; apertum tenere omnibus diebus, nõ tamen in honorem Dei feriatis, dum tamen dies Mercatus non esset, tunc etenim apertum teneri debeat; de nocte verò nunquam aperiatur, nisi de mandato expresso Superiorum, ob aliquem fortasse casum vrgentissimum, omni tamen possibili celeritate eo casu claudi debeat. Et in eodẽ Archiuij loco ordinatè reponi omninò debeant omnia instrumenta, & scripturę publicę, tàm in Ciuitate, quàm comitatu, & districtu Foroliuij celebratæ, nec non etiam aliquæ scripturæ priuatę, iuxtà ordinem, & mandatum capitulationum desuper editarum; paritetq; acta publica iudicialia semper in fine officij cuiuslibet pro tempore Notarij Actuarij ibidem recõdãtur, reseruata tamen portione emulumẽtorũ, & mercedũ ad Dñum, siue Patronũ Banchi Ciuilis spectan: excipiuntur tamen instrumẽta, acta publica, aliȩque scripturæ pro occasionibus, & negotijs publicis Communitatis, & coram eius Tribunali quomodolibet faciẽdæ, & celebrãdę; ex quo conseruari solent in Archiuio priuato, siue Secretaria Communitatis, prout etiam idem dicitur, & obseruatur de scripturis Numeri nonaginta virorum Pacificorum; stetq; semper locus Archiuij in Palatio publico pro illius maiori securitate; & in fine officij cuiuslibet Archiuistæ custodis, siue etiam conductoris mutentur claues, & clausura portæ Archiuij ad omnem bonum finem, & effectum.

DE ARCHIVIO PARTICVLARI COMMVNITATIS. RVB. XVIIII.

COMMVNITAS nostra, præter publicum, habet & aliud peculiare Archiuium, Secretariam appellatum, in quo custodiuntur oẽs scripturæ ad ipsam Communitatem pertinentes: ideo congruũ est, vt & ipsum propria dispositione non careat. Statuimus ergò, & ordinamus quòd huiusmodi Archiuium custodiatur à Secretario Communitatis, & in ipso reponatur instrumenta, Priuilegia, concessiones, & indulta, tàm à Summis Pontificibus, quàm ab alijs superioribus concessa, bannimenta, officiorum, & Datiorum capitula, & omnes, & quæcunq; scripturæ publicæ, & priuatæ, literæ, Statuta, Decreta, ordinationes, dispositiones, Consilia, & quæcunq; alia ad prædictam Cõmunitatem spectantia, quibus amplam, indubitatam, perpetuam, atq; omnimodã fidem vbiq; locorum in iudicio, vel extrà præstari omninò mandamus: licereq; eidem Secretario illa extrahere, omnibusq; petentibus in publicam formã tradere, preedente tamen licentia DD. Conseruatorum, siue Consilij secreti, iuxtà illorum importantiam, & non aliter. Secretarium autem deputati, & creari à

Consilio

Consilio Generali volumus, Ciuem Foroliuiensem, & Notarium probum, & peritum, qui tamē, ad longius temporis spacium, quàm trium annorum deputari, & confirmari nequeat: interim autem ad nutum eiusdem Consilij amoueri, & alium similem subrogari ordinamus. Insuperquè disponimus, vt Magistratus DD. Conseruatorum iubeat fieri Inuentarium omnium, & quorumcunq; librorum, scripturarum, & aliarū rerum existentium in dicto Archiuio: & si Magistratus prædictus id facere neglexerit, Prior, & Subprior Moderatorum id fieri, & adimpleri curent; ad effectū, vt omnia, & quęcunq; in dicto Archiuio existētia consignentur nouo, & pro tempore Secretario, qui ea omnia, & singula in fidum depositum recipere teneatur.

DE REGVLATORE COMMVNIS, ET EIVS OFFICIO. RVB. XX.

CVM Regulatoris officium publicis negocijs sit valdè necessariū, vt Cōmunitatis negocia in dies dirigantur in melius; statuimus, & ordinamus singulo anno de mense Aprilis eligi debere in Consilio Generali vnum Consiliarium nō graduatum, virum probum, & ad officiū regulariæ aptum; qui de mense Iunij exercere incipiat huiusmodi officiū duraturum spacio vnius anni, postquam tamen kalendis Maij in ingressu aliorum officialium Communis iurauerit benè, fideliter, summaq; diligentia se dictum officium exercitaturum, ac obseruaturum illius Capitula, pro eius commodo, faciliorią. omnium intelligētia materno sermone compilata, & posita in fine pręsentis Rubricæ: teneatur nihilominus, antequam ad dictum officium exercēdum admittatur, in Instrumento publico iurato idoneum pręstare fideiussorem, à Consilio tamen prius Generali approbandum, qui principaliter, & insolidum se obliget vna cum eo, iuxtà formam solitam, & vsitatam.

CAP. I.

SIA obligato il Regulatore tenere bene, & diligentemente tutti i cōti del dare, & hauere della Cōmunità, sù libri Maestri fatti à posta, bē regolati, li quali habbino à stare di continuo à Palazzo, ne d'indi leuarli mai, se non per vrgentissimi bisogni con consenso delli SS. Conseruatori, che saranno pro tempore.

CAP. II.

SIA scontro della medema Communità al Signore Thesauriere di Romagna, al Depositario della Città, à Censuarij, e Montisti, & ad ogn'altra persona, che habbia

che habbia à fare col publico per conto del dare, & hauere; & interuenga ſempre in tutte le reuiſioni da farſi con quelli, che haueranno amminiſtrato le coſe della Communità.

CAP. III.

DEBBA tenere in amminiſtratione, e buon gouerno tutti li mobili, vtenſili di Palazzo, da conſegnarſeli per Inuentario, ne quelli preſtare ad alcuna pſona, ſia chi ſi voglia, ne anco à SS. Superiori della Prouīcia fuori di Palazzo, sēza licentia del Conſeglio Generale.

CAP. IIII.

HABBIA cura d'attendere alla reparatione de Ponti, & altre fabriche da farſi dal publico, con queſto, che quando accaderà andare fuori della Città oltre vn quarto d'vn miglio, la Cōità habbia à prouedergli della Caualcatura.

CAP. V.

SIA tenuto la prima ſettimana dell'ingreſſo di ciaſcuno Magiſtrato rendergli minuto conto del dare, & hauere della Cōmunità con libri in mano, ne quali dourà apparere deſcritto ogni coſa con buon'ordine, e mācando perda ogni volta la metà del ſalario di quei doi meſi.

CAP. VI.

DEBBA inueſtigare ſe ci foſſero crediti della Cōmunità aſcoſi, e quelli trouati che gl'hauerà, e ben chiariti, notificarli à SS. Conſeruatori pro tempore; & al Syndico di eſſa Cōmunità, acciò procurino, conforme à quanto gl'obliga la Bolla ſuper bono regimine, ch'ella venghi ſatisfatta.

CAP. VII.

SIA obligato ancora aſſiſtere à Palazzo, come faceua già il Theſauriere della Communità, & habbia carico di ſpendere tutto lo ſtraordinario publico occorrēdo, con mandati de SS. Conſeruatori, ſottoſcritti dal S. Gouernatore, & anco dare ſigurtà di rēdere in fine dell'anno buono, & reale conto della ſua amminiſtratione alla Cōmunità, e ſuoi reuiſori, da elegerſi nel Conſeglio Generale.

CAP. VIII.

NON poſſa ricuſare di caualcare fuori della Città per ſeruitio della Cōità, quando nō haurà giuſto impedimento, nel qual caſo habbia eſſer pagato à ragione di giornata, come ordinariamente paga la Communità gl'huomini non graduati, che caualcano per ſeruitio di lei.

F Per ſua

CAP. VIIII.

PER sua prouisione ordinaria se gl'assegnano diece lire di bolognini il mese, & ciò con consenso de SS. Patroni di Roma.

CAP. X.

L'Officio suo duri per vn'Anno, e nell'ingresso di quello debba giurare di essercitarlo fedelmente, & secondo li presenti Capitoli.

DE AMBASCIATIS, ET AMBASCIATORIBVS MITTENDIS A COMMVNI FOROLIVII. RVB. XXI.

LAVDABILEM cõsuetudinem antecessorũ nostrorũ sectantes, ne Cõmunitas inanib. ac inutilibus vrgeatur expẽsis, maximè ob missionẽ Ambasciatorum. Statuimus, quòd in posterũ non possint mitti Oratores aliqui per Prouinciam, vel extrà, nisi pro necessitate, vel vtilitate Cõmunitatis, qui debeant eligi in Consilio Generali, vel saltem, aliqua imminente necessitate, vbi periculum sit in morã, in Cõsilio secreto; & semper iuxtà formam Bullæ de bono regimine, & nõ aliàs. Nec possint, nec debeant eligi, nisi duo præcipui Oratores, et si essent mittendi ad Beatiss. Papam nõstrũ, qui, si sint graduati, & mittãtur Romam, possint secum ducere expensis Cõis tres equos tantũ cum duob. hominib. ꝓ quolibet; si verò nõ sint graduati duos equos tantũ, cũ vno homine ꝓ quolibet. Pro viatico aũt ad eundũ nõ possint recipere à dicta Cõmunitate vltrà scuta duodecim ꝓ quolibet equo cũ ꝑsona, quã duxerint, & totidẽ ꝓ reditu. Pro mansione habeant scuta decẽ quolibet mense, & ad rationẽ mensis ꝓ vno quoq; homine. Si verò mittãtur ad aliquẽ locũ Prou. graduatus ducat secũ vnũ hominẽ cũ duob. equis, & habeat ꝓ viatico scuta duo singulis diebus, quibus equitabit in totũ; non graduatus aũt vnum hominẽ cũ vno equo, & habeat ꝓ viatico scutum vnum cũ dimidio singulo die, quo equitabit in totum. Pro mãsione verò graduatus scutum vnum cum dimidio, & non graduatus scutum vnum ꝓ quolibet die in totum. Quãdo autẽ ob aliquã necessitatẽ manerent extrà Ciuit. Forol. vltrà sex dies in aliquo loco Prou. graduatus habeat duntaxat scuta vigĩti; & non graduatus scuta quĩdecim singulo mense, & ad rationẽ mensis Et ne circà ambasciatas exponendas aliquis error occurrat; statuimus, ꝙ dicti Ambasciatores debeant portare literas credentiæ ꝓ parte dictæ Cõmunit. eius sigillo roboratas, & pariter in scriptis instructionem ambasciatæ cum punctis, seu Capit. illius scriptã manu Canc. dicto sigillo munitã. Qui verò fuerint dicti Statuti temerarij violatores, tã mittentes, quã missi, pœnã lib. quinquaginta incurrant ipso facto, & etiam maiorem arbitrio Consilij Generalis.

DE ILLIS, QVI HABVERINT SEMEL OFFICIVM COMMVNIS, ET REDDIDERINT RATIONEM. RVB. XXII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si quis in posterum aliquod officiũ Communitatis Foroliuij administrauerit, cuius causa, vel occasione quicquam ex bonis ipsiusmet Cõmunitatis ad eius manus peruenerit, semelq; rationem villicationis, & administrationis reddiderit Calculatoribus, seu Reuisoribus per Consilium Generale electis, ac in eodẽ Consilio publicata fuerit eius sententia, pariterq; per eum dictæ Communitati integraliter satisfactum fuisse compertum fuerit: ipse, vel eius hęredes non possint cogi, vel compelli ad reddẽdam amplius rationẽ occasione prædicta: minusq; ipse, & eius fideiussores possint aliquo modo molestari; nisi in ipsa calculatione, siuè ratione reddita euidẽter fuisse erratum, vel in præiudicium Cõmunitatis, fraudem, seu dolũ manifestè fuisse commissum, appareret.

DE OFFICIALIBVS COMMVNIS ELECTIS AD OFFICIVM ALICVIVS TERRÆ. RVB. XXIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si aliquis Ciuis, vel districtualis Foroliuij habens aliquod Communis officium, quo durante electus, & deputatus fuerit ad quoddam officium alterius Ciuitatis, vel Terræ, possit liberè, si maluerit illud officium acceptare, & ad ipsũ exercendũ accedere; & nihilominus habeat, ac habere debeat salariũ pcedentis officij, quod exercuit, pro rata tamen temporis, quo stetit in officio; post eius aũt discessum eligatur, vel subrogetur alter loco ipsius per Communitatem Foroliuij.

QVI, ET QVANDO POSSINT EXERCERE OFFICIVM PER SVBSTITVTVM. RVB. XXIIII.

POTESTATES Ciuitatis nostræ, vel Castrorũ Ciuitati Forol. subditorum non possint se à dicta Ciuitate, vel districtu absentare, nisi p seruitio sui Cõis; sed tñ eis licitũ sit exercere huiusmodi officium per suos Vicarios, seu Vice Prætores ab ipsis substitutos, siuè ad aliquos actus particulares, siuè ad vniuersitatẽ causarũ. Substitutus verò Pretoris Ciuit. sit legũ Doctor, & Cõsiliarius, qui sit, vel fuerit imbursatus in eadẽ bursa. Vice Potestates aũt Castrorũ sint Ciues Forol. vel saltẽ de districtu, ac Notarij approbati, & legales. Cęteris aũt officialib. Cõitatis nolumus modo aliquo pmissũ esse, vel licere, ẽt ad aliquẽ

actum particularem per substitutum seruire,nisi causa infirmitatis,vel absentię propter seruitium Communitatis,& his casibus teneatur substituere alium idoneum Ciuem in eiusdemmet officij bursa positum;qui etiam approbetur,& confirmetur à DD. Cōseruatorib. pro tempore ; si quis autem contra,& præter hunc ordinem,& modum ausus fuerit officium per substitutū exercere, omnes,& singuli actus,per tales substitutos exercendi,& faciendi,sint ipso iure nulli,tāquam facti à non habentibus authoritatem; & ipsi officiales principales possint,ad voluntatem Consilij secreti,à suo officio suspendi,& remoueri,iuxta qualitatem,& conditionem personarum,& negociorum.

QVOD QVIS EODEM TEMPORE NON POSSIT DVO OFFICIA HABERE. RVB. XXV.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd nemo à Communitate possit,siuè p electionem, siuè p extractionem insimul habere duo officia, quorum occasione eodem tempore ab vtroque recipiat,aut recipere valeat salarium, emolumentum, seu commodum bursale ; sed vnico tantum officio debeat esse contentus;& quicquid mercedis,seu salarij pro secūdo receperit,cum effectu restituere teneatur ipsi Communi, & qui contra fecerit, puniatur in lib. x. & gesta per eum non valeant ipso iure. Prohibentes omninò debitores,ex quacunque causa morosos ipsiusmet Communitatis,posse, aut debere per electionē, vel extractionem vllum habere officium vtile, & iuxtà formam Bullæ de bono regimine.

QVOD OFFICIALES, ET CÆTERI DE FAMILIA COMMVNIS FOROLIVII ELIGANTVR AD CERTVM TEMPVS. RVB. XXVI.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd nullus officialis Communis,nec alij de familia Magistratus possint eligi,seu deputari à Communitate Foroliuij ad vitam,seu etiam ad beneplacitum,ad aliquod officium, & seruitiū ; sed omninò eligantur ad certum tempus,quod non transeat triennium. Concedimus tamē,si erit expediens,vt ad aliud certum tempus eorum officium prorogari possit,& sic deinceps fiat prorogatio de tempore in tempus, dūmodò ēt prædicta prorogatio non excedat triennium. Et si aliter eligatur,seu eligantur, talis electio sit ipso iure nulla,& sanari non possit. Apparitores aūt,seu Donnicelli quolibet anno de mense Martij teneantur,& quilibet eorū teneatur supplicare Consilium secretum de eorum cōfirmatione;& si defecerint, censeantur ipso facto dimissi,ac penitus eiecti à seruitio, & salario Communitatis.

De Edili-

DE EDILIBVS, SEV SVPERSTITIBVS VICTVALIVM, ET EORVM OFFICIO. RVB. XXVII.

STATVIMVS, quòd duo Ediles, ſeu Superſtites Victualium, quolibet bimeſtri extrahantur de burſis ſuis, iuxtà ſolitum,& cōſuetum,ſcilicet alter ex numero Conſiliariorum,alter verò de ſupernumerarijs, qui omnes de more,in ingreſſu DD. Conſeruatorum, antequàm exercere incipiant ſuū officium,iurare debeant in manibus D.Gubernatoris,coram DD. Conſeruatoribus ad ſacroſancta Dei Euangelia,manibus tactis ſcripturis,de rectè, & legaliter fūgendo,& exercendo officium ſuum ; nec valeant, vel aliquo modo admittantur per ſubſtitutum exercere huiuſmodi officium, aliàs eo priuati ſint ipſo iure, nec amplius de cætero ad illud poſſint eligi, extrahi, vel admitti. Iccircò ipſimet teneantur diligenter, cōcordes,cunctis viribus,abſq; ſalario procurare,ne in Ciuitate Foroliuij res ad victum hominum vendantur vitioſæ,infectæ, morboſæ, & putridæ ; videlicet Vinum,Piſces,Carnes,Fructus,& alia huiuſmodi ; & ſi cōtigerit aliquas res ad vſum victualium eſſe tales,vt dictum eſt,tunc cogant ipſos venditores ad illas proijciendas, ne ſic decipiantur emptores, cum detrimento ſalutis totius Ciuitatis. Propterea perquirant, & inueſtigent, quòd dictæ res venales ſint bonę,integræ, & abſq; aliquo defectu,dum venditioni exponūtur. Inſuper teneantur omnem diligentiam adhibere,vt res vēdantur iuſto pōdere,& menſura,nec quis rem pro alia vendat, ipſiſq; rebus ad vſum prædictū deſtinatis pretium congruum imponatur per eos ; qui tamen recipiant à venditoribus piſcium emolumentum,ſiue regaliam ſolitam,& conſuetam, vt infrà in Rubrica de Piſcatoribus ; nec non curent mulctari à DD. Conſeruatoribus, vel Prætore Ciuitatis contrafacientes pro qualibet vice, iuxtà formam bannimētorum,& ordinationum Ciuitatis noſtræ.

QVOD COMESTIBILIA, ET RES VENALES NON POSSINT VENDI, NISI HABITA AB EDILIBVS LICENTIA. RVB. XXVIII.

AD fraudes tollēdas,ordinamus,quòd Beccarij, Bettolerij,Hoſpites,vendentes piſces, ac vina,vt vulgò dicitur,ad ſtupinam,non poſſint,nec valeant carnes, piſces, & vina vendere,niſi prius ea omnia fuerint viſa per dictos Ediles,ſeu Superſtites, ac approbata pro bonis, & illis impoſitū fuerit p̄tium,ſub pœna x. lib. bon. pro quolibet, & qualibet vice,qua contrafactum fuerit. Et hoc etiam ſibi vendicet locum in omnibus alijs comeſtibilib. rebus prohibitis vendi ſine licentia ipſorum : in quibus quidem, & circa eas, ad victū tamen huma-

men humanum spectantes. Damus ipsis Edilibus plenam, & liberam facultatem appreciandi, prouidendi, disponendi, & ordinãdi circà prędicta, prout eis magis videbitur, nec ipsos aliquis impedire valeat: Consilium tamen secretum possit moderari, ac regulare eorum gesta, atq; illos impedire, si in aliquo à recta ratione, & legitimo tramite deuiarent, ac declinarent.

DE MERCATV, EIVSQVE IMMVNITATE. RVB. XXVIIII.

VT in Ciuitate nostra Foroliuij sit maior copia Victualium, & sic pro interesse publico, statuimus, & ordinamus qđ omnis habitator extrà Ciuitatem, in districtu, vel comitatu Foroliuiensi, ac etiam quilibet forẽsis possit die Lunæ causa Mercatus liberè, & securè venire, morari, & redire cum quibuscunq; rebus, vel mercibus suis, auibus, ac bestijs, seu animalibus cuiuslibet generis, absq; alicuius Gabellę, vel Datij solutione pro rebus tantũmodo comestibilibus, & ad victum humanum pertinentibus; minusq; possit, vel debeat ea die in vim mandati executiui, in rebus, vel persona molestari, grauari, capi, detineri, aut arrestari pro aliquibus debitis ciuilibus. Et si quis captus fuerit, vel à quouis Iudice, contra formam præsentis Statuti, decretum fuerit; talis captura, siuè Decretum sit ipso iure nulla, & nullum, atq; irritum: & inuiolabiliter seruari mandamus hoc Statutũ. Non compræhendantur tamen præsenti Statuto, nec illius beneficio gaudeant banniti, nec condemnati ob crimina, nec rebelles Sanctæ Romanæ Ecclesię, vel Communis Foroliuij, minusq; debitores Camerę, & Communitatis, ac illius Datiariorum.

DE PONDERIBVS, ET MENSVRIS. RVB. XXX.

AD euitandas fraudes, omnemq; malitiam tollendam in ponderando, vel mensurando res quouis titulo alienandas, statuimus, & ordinamus, qđ singuli Mercatores, seu negociatores cuiuscunquè artis, ac omnes alij quicunq; in venditionib. mensuris vtẽtes, tàm in Ciuitate Foroliuij, quàm in eius comitatu, vel districtu teneãtur oĩnò, & debeant assiduè habere in suis tabernis, ac officinis, vel domi tenere stateras, & mensuras iustas, approbatas, ac bullatas ꝑ officialem Communitatis nostrę ad hoc deputatum, nec vlla alia põdera, stateras, seu mensuras possint habere, vel tenere; quæ quidem pondera, & mensuræ omnes, quibus mensurantur, & ponderantur res venales, debeant iustari, & bullari saltem bis in singulos annos, initio cuiuslibet semestris, iuxtà bannimenta,

tunc pro

tunc pro tempore publicanda, per DD. Conseruatores, vel D. Prætorem Ciuitatis, videlicet post kalendas Ianuarij, & Iulij, per dictum officialem Communis, qui tamen teneatur habere, & conseruare penès se dictorum ponderum, & mensurarum matricem solitam de ferro, ne de facili flectatur, & vitietur; ad mensuram, & modum signatum in saxo mormoreo, infixo Columnę Palatij publici in Platea magna existenti, subtus fenestras DD. Conseruatorum, & pro sua mercede habeat pro qualibet bullatura quatrenos tres; & si quis contrafecerit, vel negligens fuerit, seu prædicta nõ obseruauerit, pro qualibet vice effectualiter mulctetur in x. lib. bon. monetę Romand. & nihilominus, absq; mora, defectũ corrigere teneatur, & eadẽ pœna puniatur dictus bullator si iustè, ac fideliter nõ bullauerit pdictas stateras, ac mẽsuras; & quilibet possit accusare in pdictis, & quolibet pdictorum. Prædicta tamen nolumus habere locum quoad Ciues, & alios non exercentes mercaturam, quibus tamen prohibemus vendere, vel emere sine mensura bullata, sub pœnis, de quibus in bannimentis.

DE PRÆFECTIS ANNONÆ, ET EORVM OFFICIO. RVB. XXXI.

AD officium Annonæ, quolibet anno, mense Maij, in Generali Consilio eligi debeant quatuor Ciues, Consiliarij, sufficientes, & idonei; inter eos tamẽ semper sit, & eligatur vnus graduatus, quorum ingressus erit tunc mense proximo Iulij; nullusq; eorum officio durante, possit, nec per se, nec p alios emere, & mercari frumenta, fabas, vel alias segetes, vt carius vendat; neq; cum Pistoribus exercere artem frumentariæ, minusq; huiusmodi de causa cum Datiarijs panis venalis partem, vel commercium habere; sed omnes, & singuli teneantur simul cum D. Gubernatore, & DD. Conseruatoribus procurare totis viribus, vt sit Abundantia in Ciuitate, comitatu, & districtu Foroliuij. Qui quidem annonæ Præfecti habeant omnem authoritatem, & facultatem, cum licentia tamen Illustriss. Legati, seu Rectoris Prouinciæ pro tempore pretium imponendi, seu appretiandi frumentum, fabas, & alias omnes segetes, cum cuius etiam consensu expresso, & licentia eisdem licitum sit pro commodo, & seruitio Abundantiæ accipere pecunias ad census, vel alio quoquo modo, ac illarum annuos census, seu fructus soluere. Ordinamusq; dictos Abundantiarios, cũ participatione D. Gubernatoris, posse condere, & compillare, siuè componere capitula, & ordinamenta spectãtia, & pertinentia ad officiũ annonæ, & exercitium panificij publici, cum facultate iuramenta præstandi, condemnandi, seu puniendi, & expellendi Pistores, si in aliquo fuerint transgressores, vel etiam eos sic expulsos, ac condemnatos ad artem panificij restituere, condonare, & gratiosè in pristinum remittere, nec nõ ad eorum libitum fornariorum numerum augere, vel

gere vel diminuere. Damusq; eis liberam potestatem, & baliam, cum consensu, & subscriptione D. Guber. ordinamenta, seu bannimenta faciendi, & publicandi, mãdãdi, ac etiam pcipiendi, cũ appositione pœnarum, & alijs prouisionibus necessarijs, & opportunis, pro vt ipsis magis expedire videbitur circà officiũ Annonæ. Insuper, ad euitandas fraudes tempore messis, tàm in Ciuitate, quàm in territorio, dicti Annonæ Pręfecti possint deputare officiales, & homines ad portas Ciuit. & confinia comitatus, ac etiam vnum executorem, iuxtà solitum, qui respectu Pistorum, & aliorum debitorum Annonę exequatur ad instar creditorum Cameralium; ita vt sufficiat executionem, seu bulletam esse tantum subscriptam manu Depositarij ipsiusmet Annonæ. Volumusq; omnibus officialibus Cõmunitatis Foroliuij esse licitum, ac permissum panem venalem ponderare; teneantur nihilominus, reperta fraude, vel dolo per Pistores commisso, statim deũnciationem, seu inuentionem deducere coram dictis Annonę Pręfectis. Nullus aũt Communitatis officialis, vel ab ea depẽdens audeat, vel modo aliquo præsumat in cęteris ad dictum officium Annonę spectantibus se interponere, vel cognoscere. Si verò contigerit (quòd Deus auertat) panem venalẽ, vrgente penuriæ necessitate, vendi debere in vno duntaxat loco separato, tunc debeat poni ad vendendum in loco nuncupato la Buca, existente in Platea magna subtus porticum Palatij Communis, & nõ in alio loco; quæ quidem Buca est à Communitate deputata prædictis Pręfectis, vt ibi possint se cõmodè, & decenter congregare officij sui causa; & donec ipse panis permanserit ad vendendum in eo loco, semper venditores panis sint deputãdi ab ipsis Annonæ Præfectis, cũ salario tamen soluendo per Datiarium panis, qui omni tempore teneatur ad omnem, & simplicẽ Abundantiariorum requisitionem, panis rationem, seu computa eis ostendere. Et, vt fraudes, & contrabanna euitentur, mandamus quod molẽdinorum patroni, seu conductores, & molendinarij non possint, nec valeãt vlla de causa, vel sub quouis p̃rextu, & quęsito colore, absq; licentia in scriptis dictorum Annonæ Pręfectorum, ex capsis, vel cassonibus amouere, vel leuare granum. Deputamus autem vnicuiq; ex prædictis Abundantiarijs pro cuiuslibet recognitione, labore, & salario scuta xxv. de sol. 84. anno quolibet, qua prouisione omnes sint contenti, nec amplius quicquam petere possint. Insuper, vt omni tempore magis tuti dent operam officio suo, prohibemus dictos Abundantiarios capi, seu represaliari posse pro debito Communis, durante eorum officio.

DE PISTORIBVS FACIENTIBVS PANEM VENALEM. RVB. XXXII.

ORDINAMVS, quòd omnes, & singuli Pistores Ciuitatis Foroliuij, qui faciũt, seu fabricant, vel fieri, seu fabricari faciunt panem venalem, teneantur, & debeant dictum panem fabricare iuxtà, & secundum Calmerium

merium eis pro tempore faciendum per prędictos Annonæ Præfectos,& ex bona farina facta ex grano habito à dictis Annonæ Præfectis, vel ab aliquo de eorum ordine, & dictum panem benè custodire,& coquere,ità vt sit fermentatus, benèquè cum fermento conuenienti leuatus,& conuenienter coctus, ac ad debitum pondus,sub pœna lib. quinque pro qualibet vice, qua contra factum fuerit, & ammissionis panis distribuendi per eosdem Annonæ Præfectos statim,inuẽtione facta,inter pauperes Xpi, & carceratos, & teneantur dicti Pistores tenerè in Platea magna sufficientiam panis pro vsu ipsius Ciuit. & Aduenarũ, nec vnus possit se excusare super alio, vel quòd alijs diebus maiorem quantitatẽ panis fecerit,quàm alij,sub pœna ictuũ trium funis,& an defecerint in sufficientia panis prædicti venalis,stetur arbitrio dictorum Annonæ Præfectorum;& nullus vendere possit panem in Platea, nisi habeat mantilia alba, & nitida subtus panẽ, sub pœna lib.quinq; bon.Prouinciæ, & quilibet faciens panem venalem bullare debeat singulas manus,siuè terrias cum bullo,& signo Abũdantiæ, sub eadem pœna. Et D. Guber. ac DD.Conseruatores cum Annonæ Præfectis possint Calmeria facere,& secundum ea teneantur Pistores conficere panem.

DE FORNARIIS COQVENTIBVS PANEM NON VENALEM. RVB. XXXIII.

STATVIMVS, quòd fornarij, qui coquunt panem familijs in Ciuitate Foroliuij debeant benè,& diligenter coquere,& custodire panem;& si malè custodierint,vel coxerint panem,seu panis defuerit, D. Iudex damnum resarciri faciat Domino panis per fornarium, non admissa aliqua excusatione, stando iuramento domini,cuius panis fuerit,de quantitate farinæ,& panis malè cocti,à quo iuramẽto non possit appellari,vel de nullitate dici,dummodo dãnum passus infrà triduum de damno conquestus sit. Et ad effectum,vt benè panis coquatur, volumus, quòd Pistores, seu fornarij non possint infornare panem,nisi sit fermentatus,vel benè leuatus, vt vulgò dicitur, & ponere teneantur panem in furno distantem ità,vt terriæ, seu manus panis non se tangant ad inuicem,sub pœna in prædictis,& qualibet prædictorum vice lib. quinq;bonenorũ. Quilibet autem fornarius pro sua mercede habeat summas infrascriptas. Nam si coquet per capita,vel,vt aiunt, ad buccas,recipiat pro singula persona,quæ sit maior annis quatuor, solidos viginti, & non vltrà pro quolibet anno, & ad rationem cuiuslibet anni. Si verò ad terrias, seu manus habeat pro singulá manu quatrinum vnum; & sit in electione domini panis coquere ad buccas,vel terrias,seu manus. Et si fornarius plus acceperit, etiam à spontè dare volentibus, puniri possit,& debeat per Iudicem eadem pœna.

DE MOLENDINIS, ET MOLENDINARIIS. RVB. XXXIIII.

STATVIMVS, quòd DD. Conseruatores, vel homines à Consilio Generali electi, & deputati, ac etiam D. Prætor teneantur, & debeant facere, & curare omni diligentia aptari, claudi, & serrari molendina, tàm intrà, quàm extrà Ciuitatem posita, ità, & taliter, quòd dicta molendina sint semper munita bonis pauiglionibus, & molis, seu macinis aptis ad macinandum, ad arbitrium boni viri, & quòd omnes, & singuli molendinarij teneantur habere, & tenere bonos, & legales assaggios, seu cuppellas ferreas subtus amplas, desuper strictas, quæ sint iustæ, ac bullatæ, & bullari debeant per officialem Communis singulis sex mensibus, videlicet kalendis Ianuarij, & Iulij; & radantur dictæ mensuræ, vel cuppellæ cum rasura rotunda; teneantur etiam dicti molendinarij assiduè tenere cortinas circùmcircà palmentum, dum macinatur. Prohibemus etiam ipsis molitoribus, seu portatoribus, quòd minimè præsumant aperire saccos, nisi in præsentia domini, vel famuli frumenti, debeantquè accipere pro sua molitura vnam cuppellam, ad summum, grani, vel alterius bladæ de quolibet stario, & non aliter vltrà dictam taxam; quæ est vna tantum de XXII. partibus starij, volentesquè ire ad macinandum extrà Ciuitatem teneantur habere bullettas, seu bullettinos, signatos, gratis tamen, per Deputatum Annonæ. Non possint autem supradicti Domini, vel conductores molendinorum facere conuenticulam, vel Monopolium in præiudicium Ciuitatis, & priuatorum circà affictus, & conductiones dictorum molendinorum, & si dicti Domini, seu conductores, vel molendinarij fraudem commiserint, vel in aliquo prædictorum contrafecerint, incurrant ipso iure pœnam librarum decem bonenorum pro quolibet, & qualibet vice, vltrà pœnas in bannimentis generalibus positas; & teneantur nihilominus ad restitutionem damni dati; disponimus etiam ipsos Dominos, seu conductores molendinorum teneri de gestis, & commissis per aliquem famulum, & portatorem, vel alium de sua familia spectantibus, & pertinentibus ad artem molendinarij, saluo semper iure ipsis molendinarijs, seu conductoribus contra famulum, vel quemlibet de sua familia. Insuper volumus, quòd si plures fuerint Domini, vel consortes, & conductores alicuius molendini, quòd tunc, & eo casu, nullus debeat, neque possit, nisi de voluntate, & expresso consensu alterius consocij, vel Domini in parte, seu de parte sua, innouare, vel facere aliquid, quod preiudicet alicui ex Dominis, vel cōsortibus, adeò vt molendinū stet, quòd nō macinet, aut quòd alij consor-

consortes, vel Domini non possint fructus percipere, & introitus habere de parte sua more solito, & qui contrafecerit puniatur eadem pœna, & cogatur reficere alteri, vel alijs damnum, & interesse passum occasione prædicta.

DE CANALIBVS CAVANDIS; ET RIPIS REPARANDIS. RVB. XXXV.

STATVIMVS, & ordinamus ꝓ vtilitate publica, & conseruatione molendinorum, quòd omnes, & singuli Dñi, vel conductores molendinorum, non possint eleuare, vel deprimere Canalia, sed manutenere eo modo, & statu, in quo erant, & reperiebātur, quando dicta molēdina ab ipsis fuerunt empta, vel sibi assignata; videlicet, iuxtà ordinem, & Decretum Perillustris, & Reuerendiss. D. Iulij Cæsaris Salicini Episcopi Ariminensis, & super cauamento Canalis olim Cōmissarij Apostolici, sub Dat. Forol. die xviij Xmbris MDXCVI. ex rogit. Fab. Marcian. Sec. Cōitatis, quòd quidem Decretū, in hac materia molendinorum, sit præcisum, & inuiolabiliter obseruari debeat, & contra eius ordinationem nō admittatur, nec procedat, vel procedere, nec admitti possit præscriptio, vel consuetudo aliqua in contrariū allegata, vel probata, etiam si esset quadraginta annorum, & vltrà; debeantq; dicta Canalia toties, quoties opus fuerit, & necessarium, fodi, & cauari per conductores, vel Dños molendinorū eorū expensis, secundum ꝙ cātat dictum Decretū, considerata debita latitudine, & profunditate, quæ profunditas, & bassura, seu altitudo soleæ, & muri, vel parietis cuiuslibet molendini sit, & esse debeat, secundū qđ denotat inscriptio lapidis marmorei in dicto pariete respectiuè positi, & infixi, cum literis insculptis, & continentibus terminum, & significationem dicti signi, & soleæ, & vsq; ad dictum lapidem possit murus, vel solca eleuari, & non vltrà, iuxtà tenorem supradicti Decreti, & ità tenere expedita, & cauata dicta Canalia, quòd aqua, quæ ducitur ꝑ ea, possit conduci liberè, & expeditè ad cursum suum, absq; impedimento, vel læsione, & nocumento alicuius, & sic aqua contineatur in ipso lecto, minimèq; extrà alueum suum effundatur cum innundatione superagris confinantium dictis Canalibus, quorum ripæ etiam per ipsos patronos, seu conductores reparentur; & si aqua exiuerit extrà ripas alicuius Canalis, non malitia, seu fraude, vel dolo alicuius, sed alio casu, tunc qui tenentur ad manutentionem dictarum riparum, condemnentur pœna decem librarum bonenorum pro qualibet vice, & etiam teneantur resarcire dam-

damnum illis, qui illud passi fuere, & tamē cogantur incontinenti ad reparationem viæ, & riparum, quas nemo possit aliqua ratione, vel causa, vllo vnquam tépore de die, vel de nocte rumpere, atterrare, seu demoliri, aut in eis arbores deijciédos, vel lignamina inijcere, vel clusā facere, propter quæ impediméta impediatur cursus aquarum; sed permittere teneatur, quòd labatur, & fluat ad suū liberum cursum, sub eadem pœna. Vlterius nulla persona, sua propria authoritate, seu potius temeritate, audeat, vel p̄sumat ex dictis Canalibus, illis dieb. quib. macinatur, haurire, seu extrahere, vel ex Canali deriuare, absq; licentia, aquam ī tanta quantitate, vt molendinis desit, ac deficiat, & damnum inferat, ac lædat, sub pœna contrafacienti in prędictis pro qualibet vice lib. quinque bon.

DE CANALI PER CIVITATEM EFFLVENTE. RVB. XXXVI.

PRO purgatione, & emundatione Canalis fluentis per Ciuitatem Foroliuij, statuimus, quòd omnes confinátes dicto Canali intus Ciuitatem, etiam mediante via, debeant, & teneantur proprijs sumptibus manutenere, & reficere muros, seu murezzolos dicti Canalis de lapide, & calce, & denuò ét facere, vbi dicti muri deficerent pro tanto, quanto domus eorum se extendunt, seu confinant cum dicto Canali, & ad id quilibet possit cogi pœna infrà dicenda. Et vt prædictum Canale labens per Ciuitatem manuteneatur, prohibemus aliquem in illud posse proijcere, vel proijci mandare aliquam immunditiem, fimum, lapides, vel materiem, & terrenum, propter quod impediatur, vel retardetur cursus aquæ, & paulatim fundus Canalis crescat, & innundet, prout aliàs creuisse, & innundasse compertum est in damnum, & prȩiudicium publicum, & priuatorū, tàm vicinorum, & ibi contiguorū, quàm aliorum; & qui contrauenerit, pro qualibet vice puniatur in pœna lib. quinq; bon. Declarantes, quòd etiam si casu ceciderit, vel euersa in dicto Canali fuerit materies aliqua, vt putà, terrenū, lapides, vel aliud simile impedimentum ad aliquem, vel aliquos spectans, debeat per eosdem etiam irrequisitos statim extrahi sub eadem pœna, & tamen cogantur ad extrahendum.

DE CANADELVVIIS ELEVANDIS, ET REGISTRO. RVB. XXXVII

VT consulatur quantum fieri potest indemnitati Ciuitatis, & priuatorū, volumus, & strictè mandamus, quòd quilibet habens molendinum ad macinandum teneatur habere solitum Canadeluuium, per quod possit labi aqua

labi aqua quando non macinatur,& quando occurrunt innundationes aquarum ità tamẽ,quòd aqua per dictum Canadeluuium labens ducatur,& effluat in ipsummet Canale,nec aliò diuerti possit; ne alia molendina inferiora detrimentũ patiantur,propterea omnes molendinorum conductores teneantur, & debeant tenere Canadeluuia molẽdinorum existentium in Ciuitate,vel extrà, penitus, & in totum aperta,& eleuata singulis diebus,quibus macinare est prohibitum quacunq; de causa, sitq; prædictum Canadeluuium profunditatis,latitudinis,ac altitudinis,iuxtà formam,& mẽsuram datam, & descriptam in dicto Decreto Reuerendiss. D. Salicini Commissarij Apostolici; adeo, vt facilius, & liberè aqua fluere,ac labi possit per dicta Canalia. Registrum autem factum,& fabricatum in ripa Canalis propè molendinum nuncupatum dalla Ripa in Episcopatu existens,sit,& esse debeat eius vanum latitudinis pedum quinq; & altitudinis secũdum modum, & formam in prædicto Decreto annotatam, nec in eo possit poni tabula,fimum,seu lætamen,terrenum,aut aliud impedimentum, vt aqua superabundans nõ possit defluere, seu cadere à dicto Registro extrà Canale; tempore tñ æstiuo,per tres menses tantũ,videlicet Iunij,Iulij, & Augusti quando nõ macinatur,nisi,vt vulgò dicitur,à bottazzate, super pdicto Registro poni possit res aliqua mobilis, seu ãmouibilis,oĩaq; obseruẽtur sub pœnis in Decreto cõtentis.

DE NON MACERANDO IN CANALIBVS, VEL PROPE CIVITATEM. RVB. XXXVIII.

STATVIMVS, quòd nullus Ciuis, vel comitatinus, seu alia quęlibet persona audeat,vel præsumat macerare cãnebẽ,vel linum in Canalibus, tã intrà,quàm extrà Ciuitatem, minusquè penes Canalia in comitatu Foroliuij versus montes tantum,incipiendo à locis,à quibus trahunt originem prędicta duo Canalia scilicet Raualdini, vsquè ad mœnia Ciuitatis,& Sclauoniæ vsquè ad ingressum Fluminis Mõtoni; nec ẽt in aliqua parte Ciuit. vel extrà ,ppè mœnia fieri possint p aliquos macera, occasione pdictorũ sub pœna lib. x. bon. & nihilominus contra faciens ammittat cãnebẽ,seu linũ distribuendũ inter pauperes Xpi,& accusatorem,& ille dicatur cõtrauenisse, cuius cannebis, vel linum fuerit;&Pater familias teneatur pro omnibus de sua familia.

DE MOLENDINIS NOVIS NON FACIENDIS, ET FACTIS NON DESTRVENDIS SINE LICENTIA COMMVNIS. RVB. XXXVIIII.

QVIA molendina solent aliquando afferre immodica damna Ciuitati, & priuatis. Propterea statuimus nemini licere aut licitum esse sine licentia Consilij Generalis de nouo erigere,vel ædificare molẽdinũ aliquod

aliquod pro macinãdo in Ciuitate, vel comitatu, etiam si in suo faceret, erigeret, vel ædificaret, sub pœna lib cc. & nihilominus illicò, & incontinenti teneatur omne ædificatum destruere, & in pristinum reducere; & Decretum, vel priuilegium obtentum, seu ordinatio, & concessio in contrarium facta non valeat, nec teneat ipso iure, & omnia sibi vendicent locum in eis, qui absq; supradicta licentia molẽdinum iam factum in totum destruere, & demoliri voluerint, ità vt vetus molendinum reddatur ineptum, & inutile in posterum ad molendum.

DE BECCARIIS, SEV MACELLARIIS. RVB. XXXX.

QVILIBET volens exercere artẽ Beccariæ teneatur ãno quolibet, ante dies Sanctiss. Paschatis Resurrectionis, in hebdomada Palmarum iurare in actis DD. Conseruatorum se artem ipsam fideliter, & legaliter exercitaturũ, & ponderaturũ, ac venditurũ iustè secundum formã Statutorũ, & in omnibus, & per omnia seruare Decreta, & ordinamenta, per Consilium secretum, vel DD. Conseruatores, vel D. Prætorem, seu per Ediles respectiuè promulganda, facienda, & publicanda; & Cancellarius Communis habeat pro quolibet iuramento, & qualibet persona solidos duos, & non vltrà; similiter in eadem hebdomada Palmarum Banchæ existentes in Beccaria posita propè viam Flaminiam, & etiam iuxtà Sanctum Montem Pietatis, sorte, coram DD. Conseruatoribus distribuantur, & assignentur Beccarijs, bestias buinas, per totum annum interficere valentibus; ex quibus omnibus duo extrahãtur Consules, & nemo ex ipsis post iuramentum præstitũ de arte Beccariæ possit exire nisi anno finito; & sic contrafaciens possit cogi ibi stare, & exercere artem prædictam. Quam Beccariam teneantur omnes de arte illa tenere benè nitidam, & ab omni immunditia quotidiè expurgatam.

DE LOCO VBI BESTIÆ DEBEANT INTERFICI. RVB. XXXXI.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd nullus exercens artem Beccariæ possit occidere, & excoriare aliquas bestias grossas, vel minutas venales, nisi in macello Cõmunis Foroliuij ad hoc deputato, vel deputãdo per Communitatem, & non alibi, nec in alio loco, seu apotheca, vel domo, exceptis agnis, & capretis; minusq; audeat quisquã, vel p̃sumat bestiã aliquã interfectã inflare modo aliquo, vel ingenio; & postquam omnes bestiæ fuerint mortuę, & in totũ excoriatę nulla persona valeat ipsas aliqua de causa iterum induere, seu eas denuò cadem met pelle cooperire, & si aliquis contrauenerit, incurrat in pœnam lib. quinq; bon. pro qualibet vice, & quilibet possit accusare, vel denunciare.

De bestijs

DE BESTIIS OSTENDENDIS EDILIBVS ANTEQVAM INTERFICIANTVR. RVB. XXXXII.

STATVIMVS, quòd omnes Beccarij, ac alij, qui vendunt, vel vẽdere volunt carnes cuiuscunq; generis in Ciuitate Foroliuij, seu per vicos, vel burgos teneantur, & debeant omnes bestias occidendas prius ostendere Edilibus, seu victualium superstitibus pro tempore, qui debent ire ad inspiciendũ singulas bestias ad omnem petitionem, & requisitionem postulantis de die, non autem de nocte; nec possint bestijs pretium imponere, neq; alicui dare licentiã interficiendi bestiam aliquam, nisi prius illam viderint viuam. Et qui contrafecerit, si superstes, vel officialis fuerit, in posterum priuetur huiusmodi officio; si verò fuerit Beccarius, tunc condemnetur in pœnam lib. xxv. bon. pro quolibet, & qualibet vice, ac ammissionis carnis distribuendę inter pauperes Xpi, quando tamen bestia fuerit reperta morbosa, vel cum aliquo defectu, aliàs si bestia fuisset idonea ad occidendum, & vendendum incurrat tantummodo pœnam librarum decem.

DE NON OCCIDENDIS BESTIIS ALIQVO MORBO LABORANTIBVS. RVB. XXXXIII.

STATVIMVS, quòd nullus Beccarius, & artem beccariæ exercens emat aliquem bouem, vel iuuencam, seu aliud animal vitiosum, & morbosum, minusq; illud occidere, vel vendere possit in beccaria, vel extrà beccariam Foroliuij, etiam cum licentia Edilium, nisi extaret consensus, & licẽtia DD. Cõseruatorum cum dd. superstitibus; quod idem seruetur in occidendis huiusmodi bestijs Datiariorum carnis: qui quidem DD. Conseruatores, & Ediles insimul, in casu licentiæ, teneantur dictum animal de die inspicere, non per interpositas personas, & diligenter considerare, an sit sanum, infirmũ, vel morbosum, & idoneum ad occidendum, & vendendum in beccaria, vel extrà; & si per eos dubitaretur, an tale animal esset sanum, vel infirmum, nullo modo tale animal occidatur; sed tunc consulant peritos in arte, quorum consilio habito, id obseruetur, & obseruari debeat, quod postea per dictos DD. Conseruatores, & Ediles determinabitur. Non enim ob id prohibemus, quòd animalia aliorum non beccariorũ, quæ sint lupata, aut luxata, seu casu, vel casmate aliqualiter deuastata, siuè offensa, vendi possint cum solita licentia Edilium, extrà tamen beccariam. Mandantes omninò nullibi posse vendi animal, quod non habeat solidam, vel firmã medullam

dullam,aut illam habeat atram etiam in aliqua parte tantum, ſub pœna contrafacienti in prædictis pro qualibet vice lib. xxv. bon. & incontinenti teneatur beccarius exportare dictum animal extrà ipſam Ciuitatem.

DE PRETIO CARNIVM. RVB. XXXXIIII.

STATVIMVS, quòd Ediles,ſeu Victualiũ ſuperſtites pro tempore exiſtentes poſſint,& debeant ponere, & taxare pretia carnium,cuiuslibet generis,vendendarum in Ciuitate,vt ſuprà in Rubrica de Edilibus,& eorum officio: & vltrà dictum pretij taxam,vel metam carnibus per Ediles impoſitam, beccarij ipſi non poſſint vendere carnes ipſas, ſub pœna lib. quinq; bon.pro quolibet,& qualibet vice,qua fuerit contrafactum. Inſuper,vt occurratur fraudibus, quæ quotidiè fiunt per beccarios, diſponimus, quòd ipſi beccarij teneantur tempore,quo carnes habent,vel vendunt,continuè habere,& tenere ad oſtia,ſeu ianuas ipſiuſmet beccariæ tabellam appendendam per eorum Conſules, in qua literis maiuſculis, vel groſſis ſcriptum ſit pretiũ carnis cuiuslibet generis de die in diem,& ſic toties, quoties mutabitur pretium per dictos Ediles, nec amoueatur dicta tabella per aliquem,ſub eadem pœna.

DE POENA VENDERE NOLENTIS, VEL VENDENTIS VNAM CARNEM PRO ALIA. RVB. XXXXV.

ORDINAMVS, ac etiam committimus,quòd omnes carnes beſtiarũ, quæ interficiuntur per Beccarios,ad effectum vendendi in beccaria, vẽdantur,& vendi debeant cuilibet perſonæ emere volenti ; aliàs vendere cogi poſſint ipſi beccarij pœna infradicenda,in quam etiam incurrat ipſo iure,ſi aliquis beccarius vẽdiderit vnam ſpeciem carnis pro alia, vel carnes belluæ fœminæ pro mari ; teneanturq; beccarij, ſi eodem tempore carnes diuerſas habuerint,eas tenere diuiſas ab inuicem,& non mixtas ; ità, & taliter, vt non poſſit ibi eſſe,vel conſiderari aliqua deceptio,ſub pœna lib.quinq; bon. pro qualibet vice; & reſtituto carnis pretio, ammittat carnem applicandam Mendicantibus, vel alijs locis pijs.

De venden-

DE VENDENDO AD STATERAM IVSTO PONDERE. RVB. XXXXVI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd omnes, & singuli beccarij non possint, nec valeant vendere suas carnes, nisi ad stateram, quæ sit, & esse debeat signata ab vtraquè parte, vt emens videre possit ipsa pondera, & numerum librarum, & erit libra duodecim vnciarum. Si autem beccarius aliquis fuerit inuentus, vel probatum fuerit vendere, seu vendidisse carnes pro vno põdere, & eiusdem ponderis caro ipsa non fuerit inuenta, & sic fraudem cõmisisse deprehensus fuerit in ponderando, tunc ipso iure in pdictis puniatur beccarius ipse pœna lib. v. bon. pro qualibet vice, & credatur emptoris iuramento, qđ habeatur pro plena probatione, & nihilominus teneatur ad restitutionẽ pecuniarum, amittatq; carnem, distribuendam inter Xpi pauperes, vel loca pia; dominusq; seu patronus banchæ teneatur pro facto famuli sui.

DE SVFFICIENTIA CARNIS. RVB. XXXXVII.

STATVIMVS, quòd beccarij, ac omnes alij exercentes ipsam artem beccariæ, teneantur omni tempore, & præcisè obligati sint ad sufficientiam carnium vendendarum in Ciuitate Foroliuij pro vsu, & indigentia hominum existentium in ipsa Ciuitate, & territorio: sub pœna librarum quinquè bonenorum persoluenda ab illis beccarijs, quos non fecisse partem suam carnium pro dicta sufficientia, fuerint attestati Ediles ipsi cum sacramento, cui quidem iuramento in hoc plenè credi volumus; ipsa autem sufficientia sit, & esse debeat ad arbitrium dictorum Edilium, & prout ipsi arbitrabuntur, consideratis per eos considerandis: &, vt facilius, & clarius constare possit de dicta sufficientia, vel insufficientia; & qui in ea defecerint, vel adimpleuerint, mandamus, quòd pro declaratione prædictorum habeatur recursus ad libros Datiarij carnis, qui in prædictis plenam fidem facient; non obstantibus quibuscunquè. Prohibemus omninò beccarios aliquo modo, causa, vel ratione vendere posse forensibus, Paschali, vel alio tempore, bestias per eos saginatas, vel impinguatas.

QVOD BEÇCARII SVPER BANCHIS TENEANT CARNES, ET NON REPONANT. RVB. XXXXVIII.

ORDINAMVS etiã, quòd quilibet Beccarius obligatus sit tenere carnes mortuas, & venales in beccaria super sua banca, & rastellis, & non alibi in abscondito, aut in capsa retineat, vel reponat; ità vt quælibet psona possit videre carnes ipsas, & eas cognoscere. Similiter teneatur vnusquisquè Beccarius vendere carnes prædictas cuilibet personæ emere volenti, & in ea bestiæ parte, & quantitate, prout emere volens voluerit, ac sibi placuerit, nec se excusare possit ipse Beccarius eo colore, vel prætextu, quòd caro ipsa, vel quæ petetur per ipsum emere volentem, sit alteri vendita, vel promissa, ne sub colore captatę malitię defraudet præsens Statutum, seu emere volentes; sub pœna librarum quinque bonenorum; & nihilominus Beccarius possit cogi vendere dictas carnes cuilibet emere volenti.

DE NON EMENDO NONNVLLAS RES PER BECCARIOS. RVB. XXXXIX.

NVLLVS Beccarius, vel artem beccariæ exercens audeat, siuè præsumat ratione vlla, vel causa, per se, vel alium emere, seu emi facere in Platea magna Foroliuij, nec per Ciuitatem ipsam aliquos agnos, vel caprettos, minusquè sues temporales causa reuendendi, antequàm Potestatis insigne, vulgariter nuncupatum [la Bandirola] ad columnas Palatij Communis affixum, auferatur per eius officialem, vt moris est, & qui contrafecerit ammittat res emptas, distribuendas inter pauperes Xpi, vel loca pia, & incurrat pœnam lib. quinq; bon.

DE PISCATORIBVS. RVB. L.

STATVIMVS, quòd omnes, & singuli Piscatores, seu venditores pisciũ in Ciuit. Forol. teneãtur, & obligati sint bona fide, & legaliter exercere artem, seu exercitium prędictum cum ponderibus, & mensuris iustis, ac bullatis per officialem Communis, & minimè cõtrauenire ordinationibus Edilium Ciuitatis; debeantquè pariter vendere pisces iuxtà taxam, seu limitationes pretij dictorũ pisciũ factas p pdictos Ediles, seu victualiũ superstites, qui debeant priùs videre, ac approbare dictos pisces p bonis, antequã ex cistis, vel canistris,

salmis,

salmis,aut vasibus exponantur, & eximantur, mandareque putridos pisces in Canale proijci. Volumus insuper,quòd Potestas,& ipsi Ediles habeant,& vnusquisq; habeat emolumentum solitum,& consuetum, videlicet libram vnam piscis pro qualibet sarcina à dictis Piscatoribus: qui nullatenùs possint inter se facere cõuenticula, vel monopolia ꝓ vendendo dictos pisces;quos nemini liceat, aut licitum sit quoquo modo,vel colore quæsito emere in Ciuitate, reuendendi causa,in ipsamet Ciuit.postea,nec extrà,absq;licentia expressa dictorum Edilũ. Declarãtes nihilominus licere rusticis,ac alijs miserabilibus personis ranas, vel pisces, industria,& labore suo in fluminibus,vel foueis captos,& per Ediles pro bonis approbatos,& appretiatos vendere absq; alicuius impedimento,Datio, & grauamine aliquo. Ordinamus etiã, quòd vendentes non possint vendere pisces extrà locum in Platea magna deputatum per Datiarium piscis,nisi aliter visum fuerit DD.Conseruatorib.sub pœna cõtrauenientib.ꝑdictis,& quolibet ꝑdictorũ lib.v.bon.cũ ámissione pisciũ distribuẽdorũ inter pauperes Xpi, aut loca pia.

DE PISCIBVS PALAM TENENDIS. RVB. LI.

QVILIBET vendens,seu vẽdere volens pisces quoscunq; teneatur illos vendere publicè,& palàm in Piscaria,seu loco consueto, vt suprà in rubrica præcedenti, & non clàm in aliqua apotheca,vel statione; & sic ostendere,& demostrare ipsos pisces cuilibet petenti, & emere volenti;& vendere quos emere volens petierit;nec audeat vllo modo sibi,seu alijs pisces meliores seorsum eligere, & alicubi occultè tenere, cælareq; sub eadẽ pœna incurrenda, de qua in antecedenti rubrica.

DE CAVPONIBVS, ET TABERNARIIS. RVB. LII.

STATVIMVS, quòd omnes,& singuli Cauponẽs,seu Tabernarij Ciuitatis,& comitatus Foroliuij teneantur,& debeant absq; fraude artẽ suã exercere,ac benè tractare oẽs, & quoscunq;hospites in suis hospitijs,nec eis,vel contrà eos fraudẽ aliquã facere,seu fieri permittere,vel consentire; insuper forẽsibus ipsis dare bona,& condecentia cibaria ; non autẽ corrupta,vel marcida,& maximè vinũ bonũ de monte,& non aquatũ,vel albanellã cũ eo immiscere;minusq́. eis dare(vt vulgò dicitur) aquatũ pro vino,nisi hospites ipsi expressè petierint,& voluerint. Similiter debeant tenere buccalia,mezinas, & quartas, & alia vasa,seu mensuras iustas, & bullatas intus aquam non habentes,quibus teneantur dare

tur dare vnicuiq; suum; ac etiam Aduenarum equis dare hordeum, fœnũ bonũ, seu paleam, prout conuentum fuerit. Nullusq; Tabernarius, vel alia persona, etiam vendere volens vinũ ad minutum, possit in cella vinaria, aut in dictis mẽsuris intus aquam habere, vel tenere, sub pœna lib. quinq; bon. in prædictis pro quolibet, & qualibet vice, qua fuerit contrauẽtum; quilibet autẽ Caupo, vel Tabernarius teneatur pro facto suæ familiæ de pertinentibus ad hospitium; & nemini eorum licitum sit exire de arte absq; licentia expressa DD. Conseruatorum pro tempore, qui tamen illam dare teneatur, nisi aliter expediat Ciuitati, vel legitima repugnante causa.

QVOD QVI EMERIT VINVM ASPORTARE INDE TENEATVR INFRA CERTVM TERMINVM. RVB. LIII.

ORDINAMVS etiã, quòd quicunq; emerit vinum in Ciuitate Foroliuij, vel eius comitatu teneatur, & debeat illud asportare infrà terminũ, & tempus inter partes conuentũ, & D. Prætor, vel quilibet alius officialis possit, & debeat compellere emptorem vini ad ità exequendum, & prædicta faciendum, summariè, simpliciter, & de plano, sine figura iudicij, omniq; iuris solemnitate prætermissa; dummodo constiterit de venditione, & pretio vini, p vnum testem bonæ conditionis, & famæ, ac de pactis inter emptorem, & venditorem factis.

DE VINI PORTATORIBVS, SEV GERVLIS. RVB. LIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd omnes portatores vini teneãtur habere dolia sua, seu, vt aiunt, brentas suas iustas, & bullatas per officialẽ Cõmunis, prout continetur suprà in Statuto, sub Rubrica de ponderibus, & mensuris, cum solito foramine, vel pertugio in vnaquaq; brenta, quæ capiant, teneantq; barilia duo iustè pro qualibet; & quilibet portator teneatur, & cogi possit ad requisitionem cuiuscunq; ire ad portandum vinum, aquatũ, vel etiã aquã tempore vindemiarum, soluta sibi debita mercede. Item volumus ipsos Gerulos, seu portatores vini teneri, & obligatos esse, exorto incendio in aliqua parte Ciuitatis, ad signum campanæ statim, & gratis, tàm de die, quàm de nocte currere ad dictum incendium exortum, cum suis dolijs, & brentis communiter per eos haberi solitis, ad extinguendum ignem, sub pœna lib. decem bon. in prædictis pro quolibet, & qualibet vice.

De Trico-

DE TRICOLIS. RVB. LV.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd ab arte, & exercitio Tricolariæ penitus exclusæ intelligantur, & sint mulieres, & solummodo eligantur ad dictã arte in Consilio secreto quatuor homines bonę conditionis, & famę, & non vltrà, qui antequàm admittantur, teneantur præstare idoneam fideiussionem pro summa scutorum quinquaginta, & iurare in actis DD. Conseruatorum pro tẽpore de fideliter, & legaliter exercendo ipsam artem, & obseruando omnia Statuta, ordinamenta, & banna Ciuitatis Foroliuij, occasionę dictæ suæ artis, seu exercitij, facta. Insuper quilibet eorum teneatur habere, & tenere in Platea magna vnam arcam, seu apothecam ligneam, in qua semper sint oua, caseus, butyrum, & similia, ac etiam poma, iuxtà anni tempus, & omnes alij fructus ad vsũ victus; & nihilominus omnia vendere pretio imponendo per Ediles Communis, qui Tricoli, seu Reuendaroli, nullo vnquàm tempore in Ciuitate Foroliuij, vel extrà Ciuitatem, intrà quatuor milliaria, possint ire obuiam alicui terrigenę, vel forensi importãti aliquam speciem victualium ad Ciuitatem, pro emendo, & contractando aliquod genus victualium; minusquè ipsa victualia per se, vel alium emere, seu emi facere, sub pœna priuationis huiusmodi exercitij, ac librarum quinque bon. in prædictis, pro quolibet, & qualibet vice.

QVANDO NON LICEAT REVENDITORIBVS EMERE VICTVALIA. RVB. LVI.

PRO maiori vtilitate Ciuitatis, & Abundantia victualium statuimus, qđ nullus terrigena, vel forensis solitus reuendere (vt sunt tabernarij, caupones, seu Reuendaroli) aut similis audeat, seu præsumat per se, vel aliũ aliquo modo, ratione, vel causa contractare, emere, seu emi facere in Platea magna, vel per ipsam Ciuitatem victualia, & comestibilia, veluti agnos, hædos, lepores, capones, gallinas, pullastros, gallos gallinaceos, pullos colũbinos, turdos, perniсes, vel alias aues, siuè aliquos fructus ad vsum hominis; scilicet oua, caseũ, poma, & similia, vllo tempore feriato, vel non feriato, diebus Lunę, vel Veneris, antequàm D. Potestatis insigne, materno sermone appellatum [la Bandirola] ad cõlumnas Palatij Communis appositum, amoueatur per eius officialem, vt moris est, & qui contrafecerit cadat in pœnam lib. quinq; bon. & ammittat etiam contrauenięns formæ, & dispositioni præsentis Statuti res emptas, distribuendas inter pauperes Xpi, vel alia loca pia, quæ oĩa etiam locum habeant contra quoscũq; etiã forenses; nõ cõphenduntur tamen sub huiusmodi dispositione pñtis Rub. homines de Foropõpilio, seu districtu nr̃o emẽtes stãte vel amotò signo pdicto.

DE CALCEOLARIIS, ET CALCEAMENTIS. RVB. LVII.

STATVIMVS, quòd omnes, & singuli Calceolarij teneantur, & debeant ipsam artem, seu exercitium suum per se, & alios fideliter, & absquè fraude exercere, ac obseruare hæc Statuta, & ordinamenta Ciuitatis Foroliuij loquentia de huiusmodi arte, similiter teneantur conficere, seu fieri curare scarpas, & alia calceamenta, vel laboreria de coramine, & de vno tantū genere coraminis, non autem de diuersis insimul mixtis, bono tamen, non marcidò, corrupto, vel viriosò, siuè, vt dicitur, combusto, & magagnato, sed quòd sit benè aptum, & accōmodatum: & dictum coramen, seu cordouanum, quò facient calceos, debeat esse adaptatum, & compositum, & (vt vulgò dicitur) benè conciatū tota perfectione sua per menses sex, antequàm prędictum cordouanum, & coramen ponatur in opere, vel ex eo fiant calceamenta, & non possint facere soleas de lateribus, seu fianchis, nec de lacertis, vel spatolarijs; sed tantummodo de dorso, siuè schenis bouum, & vaccharum, & non ex coraminibus aliarū bestiarum, sub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum lib. decem bon. pro qualibet vice, & & pro quolibet contrafaciente, & DD Cōseruatores, & Potestas debeant, & possint, quandocunq; ipsis videbitur, perquirere, seu mādare, vt perquiratur, & inuestigetur per apothecas, & officinas calceolariorū, si in ipsis habeant, & sint laboreria contra formam præsentis Statuti, vel aliter non bona, ad arbitrium boni viri: ac etiam valeant punire, & condemnare quoscunq́ fraudem committentes in dicto exercitio, & incidere, ac cōburere, seu comburi facere, vel locis pijs, statim ad eorum declarationem, dispensare coramina, & laboreria nō bona, & cōtra formam prædictam fabricata.

DE CALEGARIIS. RVB. LVIII.

PROHIBEMVS quamuis personam terrigenā, vel forensem posse de Ciuitate Foroliuij extrahere coria bouum, & vaccharum, sed pro vsu Ciuitatis nostrę cōcinnari, & aptari debeant per Calegarios, qui omnes teneantur bona fide, & legaliter exercere proprijs manibus prædictum exercitiū calegariæ, nec possint aliquod coramen tingere, & vngere, vel (vt vulgò dici solet) ingrassare, nisi prius sit benè aptatum, & accommodatum, minusq; in concerijs, siuè maceribus coraminum, & coriorum possint ponere aliam materiam, nisi vitriolum romanum, gallam, & folium nuncupatum de oriente. Vlterius volumus, quòd nullus Galegarius inire possit societatem cum aliquo Calceolario, nec

rio, nec è contrà, nec quisquam eorum vno,& eodem tempore possit, seu valeat exercere artem Calegariæ,& Calceolariæ; sub pœna in prædictis lib. decem bon. pro quolibet,& qualibet vice, & in prædictis DD. Conseruatores pro tempore multùm inquirere debeant pro obseruatione præsentis Statuti.

DE ARTE PIGNOLATORVM. RVB. LIX.

PRO euidéti vtilitate totius Ciuitatis statuimus,& ordinamus, quòd quilibet forésis in Ciuitate nostra exercere volens, & exercens artem Pignolati, in texendo, vel fabricãdo, sit, & esse debeat, vna cũ tota eius familia, immunis,& exẽptus ab omnibus,& singulis datijs, gabellis,& collectis, factionibus,& grauaminibus Communis Foroliuij, tàm realibus, quàm personalibus perpetuò,& quandiù ipsam curam,& artem faciẽdi,& curandi Pignolati, exercuerit,& habuerit in dicta Ciuitate Foroliuij, ac etiam tanquàm Ciuis Foroliuij tractetur,& habeatur; debeat tamen curare,& exercere benè,& absq; fraude dictam artem Pignolatorum, & in locatione Gabellæ grossæ Foroliuij faciendę intelligatur semper exempta dicta ars,& exercentes illam, etiam si nulla facta sit mentio de ea.

DE NOVIS ARTIBVS INTRODVCENDIS IN CIVITATE FOROLIVII. RVB. LX.

REI publicæ interest, vt nouis artibus,& exercitijs repleatur Ciuitas, ideò, vt Artifices magis alliciantur ad introducẽdas nouas artes in Ciuitate Foroliuij, statuimus,& ordinamus, quòd quicũq; venerint ad habitandum in Ciuitate nostra, vel eius districtu,& in aduẽtu suo, coram DD. Cõseruatoribus se obligauerint penès acta, velle aliquam artẽ exercere, sint,& intelligantur esse Ciues Foroliuij, & sint immunes ab omnibus onerib. ad quæ tenentur forenses, ac etiam fruantur ijsdem exemptionibus,& priuilegijs, quibus vtuntur ipsi Ciues originarij. Insuper non teneantur ad aliqua onera ordinaria, nec extraordinaria, nec etiam ad subsidium triennale, quò ad suam artem tantũ, per decennium, à die quo nouam artem introduxerint,& quousq; dictam artem exercuerint; minusq; teneantur soluere aliquam gabellam, seu datium pro rebus ad artem,& exercitium suum spectantibus, quò ad introductionem ipsarum rerum in Ciuitatẽ Forol.& eius districtũ; sed facta duntaxat p ipsos notificatione Gabellarijs, seu Datiarijs de rebus introductis, ad nihil vlteriùs teneantur.

De For-

DE FORNASARIIS. RVB. LXI.

STATVIMVS, quòd omnes,& singuli Fornasarij lapidum,tegularum, tabellarum, calcis,& similium teneantur,& obligati sint habere,& tenere mensuras calcis bullatas,ac modulos tegularum,& laterũ,ferratos,& bullatos quolibet anno per officialem Communis,& quòd laboreria ipsa sint cocta arbitrio boni viri,& latitudinis,& altitudinis,ac longitudinis mensuræ, seu formæ olim eis à DD.Conseruatorib. traditæ, cuius matrix conseruatur penès Cõmunitatem,& officialem suum ad bullandum destinatum, sub pœna lib.decem bon. pro qualibet vice,qua inuentus fuerit aliquis Fornasarius contrauenisse, & pro qualibet contrafactione. Pretium verò dictorum laboreriorum, & calcis, seu calcinæ statuitur,& ordinatur modo infrascripto, videlicet.

Pietre communi. lire noue il milliaro.

Biettoni dà Pozzo.
Quadrelletti saldi.
Tauelle salde.
} lire diece il milliaro.

Pietre da volta.
Gauoli da Pozzo.
Mezzanelle.
} lire noue il milliaro.

Pietre da solaro intiere; lire venti il milliaro.
Cazzetti da sallicare; lire cinque il milliato.
Coppi; lire venti il milliato.
Calcina mensurata dentro la fornace; soldi sedici il staro vecchio.

A qua taxatione pretij ipsi Fornasarij non possint quoquo modo reclamare, vel queri, aut emendari petere. Et pro tali pretio taxato de die in diem teneatur quilibet Fornasarius talia laboreria,& calcem,seu calcinam dare,vẽdere,& tradere cuilibet emere volenti, dummodò in fornacibus existant, sub eadem pœna lib. decem pro quolibet contrafaciente,& qualibet vice,qua fuerit negatum,vel contrafactum; ac amissionis rei venditæ,& petitæ,& negatæ vendi. Et in prędictis DD. Conseruatores pro tempore teneantur facere diligentem inquisitionem,vt prædicta obseruentur,aliàs si neglıgentes fuerint,teneantur ad pœnas pdictas respectiuè in suo syndicatu.

De Horto-

DE HORTOLANIS. RVB. LXII.

STATVIMVS, quòd omnes Olitrices, vel alij vendentes herbas, vel alias res, occasione quarum, possit immundicies relinqui in Platea magna, teneantur, & debeant soluere emolumentum, regaliam, seu pagamentum solitum, & consuetum deputato à Communitate, qui habet curam mundandi, & immundicias, ac sordes asportandi ex dicta Platea magna.

DE SACCIS, QVI LOCANTVR. RVB. LXIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd locantes saccos non possint pro sacco aliquo locato petere pensionem pro maiori tempore, quàm pro vno mense, si antè dictum tempus conductor saccos, vel saccũ non restituerit, pro quo mense teneatur duntaxat pro pensione dicti sacci, qui illum cõduxerit, & saccum restituere teneatur, vel eius æstimationem sacramento locantis faciendam, & prædicta locum habeant vbi de maiori tempore inter eos conuentum non fuerit.

DE CONSVLIBVS, ORDINVM, SIVE ARTIVM. RVB. LXIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd corã DD. Conseruatoribus fieri debeant bursæ Consulum omnium ordinum, siuè Artium Ciuitatis nostræ nẽpè d'Aromatari insieme con Speciali, Barbieri, Beccari, Biselari, Calciolari, Calegari, Capellari, Carratori, Cauestrari, Fabri, Fõdachi, Fornari, Fornasari, Hortolani, Hosti, Librari, Linaroli, Maghani, Marãgoni insieme cõ Secchiari, Marzari, Marescalchi, Mõdatori, Muratori, Ogliari insieme con Quolibetari, Orciolari, Orefici, Panirari, Pelliciari, Pescatori, Quolibetari insieme con Ogliari, Sartori, Secchiari insieme cõ Marãgoni, Segarini, Sellari, Spadari, Speciali insieme con Aromatari, Tintori, Torlitori; in quibus quidẽ bursis ponãtur homines maiores viginti quinque annis, videlicet: vnus pro qualibet apotheca, seu statione; & nemo possit poni in bursis diuersorum ordinũ, sed solùm in bursa illius artis, quam principaliter exercet, & huiusmodi bursæ debeant semper conseruari, ac custodiri penès ipsos Consules. DD. autem Conseruatores habeant curam, & authoritatem, præsente veteri Consule, & instante, extrahendi in successorem consulem vnum cuilibet Arti in mense Aprilis; & ille qui

erit extractus, teneatur dictum officium acceptare, ac diligenter exercere, nisi sit legitimè impeditus arbitrio DD. Conseruatorum, qui tamen nihil consequi valeant, etiam à spontè dare volentibus propter admissionē talis excusationis legitimæ, sub pœna lib. x. monetę, in quā condemnari debeant à suis syndicatoribus. Si enim talis extractus huiusmodi officiū recusauerit absq; iusto impedimēto, incurrat pœnam lib. trium monetæ, & nihilominùs eius bollettinus denuò reponatur in eadem bursa. Consules verò possint inter illos de arte sua apponere pœnam, & eos de facto condemnare vsq; ad summam lib. trium monetę Romandiolę, si eorum mandata non obseruauerint in negocijs concernentibus vtilitatem totius ordinis, & D. Potestas teneatur, & debeat illis auxilium impartiri ad ipsas condemnationes exigendas. Vnusquisquè Notarius Ciuitatis nostræ possit, & debeat scribere præcepta, & mandata dictorum Consulum facta hominibus illius ordinis, & Nuntij, siuè Plazarij eiusdem Ciuitatis teneantur ea exequi, recepta tamen mercede sua, sub pœna solidorum XL. pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit. Decernimus tamen quòd dicti Consules non se debeant congregare, nec aliqua ordinamenta facere, vel tractare nisi cum licentia DD. Conseruatorum, vel Prætoris, & si contrauenerint, puniantur ipsorum DD. Iudicum arbitrio. Prohibentes insuper, quòd nullus ordo, Consul, aut rector alicuius ordinis, vel artis audeat, seu pręsumat facere ordinationem aliquam, vel præceptum, quod directè, siuè indirectè possit redundare in præiudicium S. R. Ecclesiæ, vel Communis Foroliuij, & si fuerit factum, nullius sit roboris, vel momenti, seu efficacię, & nihilominùs contrafaciens puniatur per Prętorem in pœnam decem lib. & eo ampliùs arbitrio ipsius, causa delicti, ac personarum conditionibus attentis.

QVOD CIVES, ET DISTRICTVALES FOROLIVII NON POSSINT FIERI VASALLI ALTERIVS. RVB. LXV.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nullus Ciuis, vel districtualis Foroliuij aliqua occasione, vel causa possit fieri vasallus cuiusuis Terræ, siuè Castri, vel Dominorum illorum, nec eis vasallagium facere, seu præstare, vel fidelitatem iurare, minusq; aliqua persona ab aliquo Ciue, vel districtuali Foroliuij recipiat aliquam vasallagiam, & qui contrafecerit, tàm ille, qui dictam vasallagiam receperit, quàm qui eam dederit, vel ad eam se obligauerit, ét si cum iuramento, condemnetur in pœnam lib. quinquaginta bon. Prouinciæ,

& tale

& tale instrumētū, siuè obligatio cōtrà dispositionē pñtis Statuti facta, sit irrita, & nulla ipso iure, & pmittens sit liberè absolutus, & iuramētū desup pstitū psumatur vi, & dolo extortū, nō obstantibus quibuscunq; in contrariū facientibus.

DE PEDAGIO NON SOLVENDO A CIVIBVS FOROLIVII. LXVI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nullus audeat, vel præsumat accipere à Ciuibus, seu districtualibus Foroliuij pedagium aliquod in Ciuitate, vel districtu Communitatis nostræ, & si aliquis contrafecerit, per Potestatem puniri debeat in libris quinquaginta bonenorū, & restituere teneatur duplicatum dictum pedagium ei, qui dixerit se soluisse, sacramento cuius standum sit; quod pręsens tamen Statutum sibi non vendicet locum in comitatino, vel districtuali transeunte in Naui, seu Barca per Flumen Montoni, vel Ronchi; & ea forma, quę seruatur Foroliuiēsibus p Ciuitates Romādiolæ, & alias Terras in introitu Ciuitatis, vel Castri, eadem seruetur Ciuibus, & terrigenis ipsarū Terrarum, & locorum in introitu Ciuitatis Foroliuij.

QVOD VNVS HOMO TANTVM DE FAMILIA VADAT AD LABORERIVM COMMVNIS. RVB. LXVII.

ITEM nolētes Ciues, seu comitatinos, ac districtuales nostros posse (vt æquum est) vltrà honestum, & debitum grauarj, vel molestari, statuimus, & ordinamus quòd, quotiescunq; aliquod fieri debere contigerit laborerium, seu opus, & cauamētum pro Communi, non possit cogi, vel compelli ire ad dictum laborerium, nisi de qualibet domo Ciuit. comitatus, & districtus Foroliuij, vnus homo, non infirmus, vel aliquo alio legitimo impedimēto non impeditus.

DE LABORERIO VILLÆ FRANCHÆ. RVB. LXVIII.

ITEM statuimus, quòd oēs homines possessiones, seu terras habentes extrà viā nouā ex parte Fluminis Mōtoni vsq; ad Flumen villæ franchę teneātur, & debeant manutenere, & cōseruare aggerē iuxtà Flumē dictæ villæ frāchę p totū territoriū Ciuit. Forol. expēsis tñ ipsorū hominū pdia habentiū in dictis laterib. & villa; iccircò ordinamus, qđ quolibet triēnio corā DD. Cōser. p tēpore eligantur duo probi viri ex ibidē possidentib. qui, p cōseruatione pdicti aggeris, habeant facultatē, tā mādandi, vt arbores incidantur, & ponantur in dicto laborerio, quā pcipiendi illis hoib. causa, & occasione huiusmodi laborerij, sup quo possit ēt, cū opus fuerit, deputare, & cōstituere factorē sūptib. oiū ibi possidētiū.

DE CIVIBVS, ET DISTRICTVALIBVS FOROL. VOLENTIBVS EXTRAHERE FRVCTVS EX EORVM POSSESIONIBVS SITIS IN ALIENO TERRITORIO. RVB. LXIX.

CVPIENTES iura nostrorum Ciuium, & districtualium in quantùm possumus defensare statuimus, & ordinamus, quòd si quis Ciuis, vel districtualis noster habuerit frumentum, vel alios fructus perceptos ex suis possessionibus sitis in alterius territorio, vel districtu, etiam non subdito, vel subiecto Ciuitati nostræ, nec vnito aliquibus pactionibus, vel conuentionibus (vt sunt Foripompilienses) si in extrahendo dictum frumentum, cæterosq; fructus in pdictis possessionibus existentes, homines dictæ Ciuitatis, Castri, vel loci nolent consentire dictæ extractioni, vel aliter impedirent talem extractioné; tunc liceat Gubernatori, seu Prætori, vel alijs Iudicibus Ciuitat. Foroliuij de fruméto, ac alijs fructib. in territorio nostro existétibus super terris, seu possessionibus personarum, vel hominum illiusmet loci, Ciuitatis, vel Castri prædictá extractionem denegantis, assignari facere absq; tela iudiciaria conciui nostro, vel districtuali prædicto tantam quantitatem, quantá ex alieno territorio extrahédam fore extiterit probatum medio iuramento dicti Ciuis, vel districtualis extrahere volentis, cum dicto vnius testis.

DE GRANO, ET ALIIS REBVS EXTRAHENDIS DE TERRIS SVBIECTIS COMMVNI FOROLIVII. RVB. LXX.

ITEM statuimus, quòd licitum sit cuilibet Ciui, vel comitatino ex Castris, & villis subiectis Cõmuni Foroliuij extrahere granú, segetes, fructus, animalia, & alias res mobiles, vel se mouétes causa portandi, vel conducédi ad dictam Ciuitatem Foroliuij, vel comitatú sine solutione alicuius datij, passaggij, gabellæ, vel alterius exactionis, & sine aliquo obstaculo, vel impedimento: & qui contrafecerit tàm impediens, quàm resistens extractioni, vel soluere faciens datium, vel gabellam, nec non tales res extrahens sub excusatione eas portandi, seu conducendi ad Ciuitatem, seu comitatum Foroliuij, & posteà eas conducens, seu portans ad aliam Ciuitatem, seu terrá, cõdemnetur pro qualibet vice in pœnam decem librarum bonenorum vltrà alias pœnas impositas, & imponendas à Statutis dictorum Castrorum, & villarum, ac à bannimentis DD. Superiorum publicatis.

De Col-

DE COLLECTIS SOLVENDIS, ET FACTIONIBVS COMMVNIS FOROLIVII. RVB. LXXI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd omnes homines habitantes in Ciuitate, vel districtu Foroliuij debeant soluere collectas, & facere factiones eis impositas, & imponendas per Cõmune Foroliuij pro eorũ possessionib. & bonis, quæ habent, & possident infrà iurisdictionem Communis Foroliuij, & quæ sunt descripta, & allibrata in æstimo Communis, ac in posterùm describenda, non obstantibus quibuscunq; Statutis, vel immunitatibus alicui per dictum Commune concessis, & si quis prędicta facere recusauerit, possit Gubernator, seu Prætor cogere ad soluẽda dicta onera secundũ quod fuerint inter eos distributa.

DE FACTIONIBVS FACIENDIS PER VICINANTIAS. RVB. LXXII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si imposita fuerit aliqua collecta ab aliquibus ad hoc per DD. Superiores, vel Cõe deputatis pro faciendo aliquo laborerio, siue aliqua factione pro vtilitate vicinantię, Gubernator cogat ad contribuendum, & soluendum quoslibet possidentes domum, vel alia bona in vicinantijs, seu vicinantia, pro rata quemlibet tangente, de expensis pro Communi interesse faciendis, non obstante aliquo Statuto in contrarium loquente.

DE NON FACIENDO NOVITATEM SVPER PVTEOS. RVB. LXXIII.

VT obuietur rixis, quæ oriri possent inter vicinos declaramus, quòd nulla persona in Ciuit. Foroliuij, vel extrà, possit, vel debeat facere aliquam nouitatem super puteos in communi existentes, seu in vijs publicis sine expressa licentia, & voluntate dictorum vicinorum; qui tamen contribuunt in operibus solitis fieri pro purgandis, & manutenendis dictis puteis, vel circà ipsos, seu in eorum pertinentijs. Nec aliquis audeat in dictis puteis immundiciẽ, vel putredinem proijcere, seu ponere aliquod aliud, ex quo aqua ipsa possit corrumpi, vel putrefieri, aut fœtorem aliquem, seu malum odorem contrahere, vel in posterùm habere, sub pœna librarum decem bonenorum pro qualibet vice.

Quòd

QVOD FORENSES POSSIDENTES BONA STABILIA COLLECTAS SOLVERE TENEANTVR. RVB. LXXIIII.

REIPVBLICÆ commodo, & vtilitati ſtudentes decernimus, quod omnes forenſes habentes domos, poſſeſſiones, ſeu prædia, vel alia bona ſtabilia in Ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Foroliuij, teneantur ſuſtinere, & ſoluere omnes, & ſingulas impoſitiones, & collectas impoſitas, & imponẽdas, ac omnia alia onera realia Communi Ciuitatis Foroliuij, ſecundum quod ipſi Foroliuienſes pro eorũ Æſtimo ſuſtinent, & ſoluunt: prædictæq; collectæ, & impoſitiones debeant eis imponi, & ordinatè diſtribui ſecundum valorem ipſarum domorum, & poſſeſſionum, ac bonorum. Inſuperq; per dd. Forenſes ſoluendus eſt vnus bon. iuxtà conſuetudinem antiquã pro qualibet tornatoria cuiuiſcunq; generis, excepta terra vineata, pro qua duo ſoluantur bon. Sacro Numero Nonaginta Pacificorum Foroliuij; Exactor verò, ſiuè Depoſitarius Ciuitatis noſtrę teneatur, & debeat diligenter exigere ipſas forenſium collectas, cogendo, & compellendo domorum conductores, laborãres, ſeu ſocios partiarios dd. poſſeſſionum, quarum fructus poſſint retineri, ſequeſtrari, & arreſtari pro tali debito, etiã adhuc nõ maturato, & ſi dd. conductores, vel mezadri fuerint negligentes, tantundem de bonis ipſorum accipiat; poſſintquè DD. Conſeruatores, cum eis expedire videbitur, eligere de quolibet Quarterio, & qualibet villa duos homines, vel ſaltem vnũ, qui cum ſacramento denunciare debeat, infrà tempus ipſi aſſignandum, omnes domos, poſſeſſiones, terras, & bona, quæ in Ciuitate, & territorio Foroliuij poſſident forenſes, quorũ nomina, & cognomina ipſi DD. Cõſeruatores debeant in ſcriptis redigere, & prout meliùs poterunt, illas domos, & poſſeſſiones, ac bona æſtimari, allibrari, & Cataſtrari facere, pro quibus quidem collectis, & impoſitionib. integraliter exigendis, DD. Gubernator, & Poteſtas Ciuitatis Foroliuij teneantur, Officialibus ſuprà hoc deputatis, præbere omne auxilium, fauorem, & etiam familiam, ſi opus fuerit; & ſi forte aliquis de Ciuitate Foroliuij, occaſione collectarum, & grauaminũ, in terris alienigenis fuerit detentus, & arreſtatus, vt æqualitas ſeruetur, Ciues Foroliuij facere poſſint, pro ſimili cauſa, & occaſione, terrigenas ipſorum locorum carcerare, & retinere donec illi relaxauerint Foroliuienſes; ſaluis tamen ſemper perſonis Eccleſiaſticis, ac pactis nouorum Ciuium, ſi quæ in præmiſſis haberent, & capitulis inter homines Foripompilij, & Communitatis Foroliuij conuentis.

Qualiter

QVALITER FORENSES RECIPIANTVR IN CIVES. RVB. LXXV.

SI quis Forensis vndecunq; sit, Catholicus tamen, Sanctæq; Rom. Ecclesiæ fidelis, in Ciuitate, vel comitatu, ac districtu Foroliuij, cum sua familia p tẽpus quinq; annorũ cõtinuè habitauerit, qui pariter in Consilio Generali in manibus D. Guber. fidelitatẽ, & obedientiã S.R.E. & defensionẽ, ac manutentionem status eius in dicta Ciuitate, illiusq; comitatu, & districtu, nec nõ Cõmunitatis beneficium non recusauerit; ipse, eiusq; liberi, siuè descendentes, ac etiam fratres illius germani, & filij fratrum cum ipso in vna familia in eodem loco habitantes acquisiuisse domicilium dicantur, & pro Ciuibus dictæ Ciuitatis habeantur, gaudeantq; omnibus beneficijs, priuilegijs, & immunitatibus, quibus gaudent Ciues originarij eiusdẽ Ciuitatis Foroliuij, præterquã loco, vel voce in Consilio Ciuitatis, sicut disponunt leges Communales prohibentes quempiam posse eligi in Consiliarium, siuè in bursis Conseruatorum admitti, nisi sit Patre, & Auo Foroliuien. Declarantes tñ licere Consilio magno eligere, & recipere in supranumerarios Consiliarios personas Illustriss. ex speciali fauore, & gratia. Si verò aliqua persona, quæ nunquã S.R.E. rebellis fuerit, Ciuis effici voluerit Ciuit. Forol. & petitiones in scriptis porrexerit in manibus DD. Conser. tunc debeat benignè audiri, & diligenter examinari, an expediat Communitati talem in Ciuem recipere, exindèq; ponatur petitio huiusmodi personę primò in Consilio secreto, & post hæc, si obtinuerit, in Consilio Generali, vbi si, facto partito, iuxtà morem tamen cæterarum propositionum, & deliberationum, obtentũ fuerit, quòd talis petens recipiatur in Ciuem, iuret, vt suprà in Consilio Generali in manibus D. Guber. & tunc pro Ciue Foroliuij cum posteris suis habeatur, & ipse, pariterq; eius descendentes gaudeat, & gaudeant eisdem priuilegijs, gratijs, immunitatibus, & prorogatiuis, quibus gaudent Ciues originarij; ità tamen, quòd talis sic receptus, infrà octo dies, à die receptionis ipsi notificatæ, promittere teneatur DD. Conseruatoribus pro S.R.E. recipientibus, quòd semper illi, & dictæ Cõmunitati fidelis, & obediens erit, & prout cæteri Ciues conuenientia onera subibit. Volumus etiam, quòd omnes illi forenses [exceptis tamen dictis personis Illustrissimis] qui priuilegia Ciuium nostrorum acquisiuerunt, vel propter habitationem spacio quinquennij, vel ex gratia Consilij, censeantur amisisse ciuilitatem, & priuilegia ipso iure, sine aliqua declaratione, si per tres annos continuos extrà Ciuitatem, & comitatum Foroliuij cum sua familia habitauerint absq; licentia DD. Conseruatorum.

DE GABELLIS, ET DATIIS. RVB. LXXVI.

GABELLÆ, & Datia Ciuitatis Foroliuii habent particularia capitula, cum quibus locantur; ideò ea cuncta inuiolabiliter obseruari ab omnibus, ad quos spectat mandamus, ne Gabellarij, & cæteri Datiarij exigant quicquam, vltrà summam in eorum capitulis respectiuè taxatam, sub pœna librarum xxv. Prouinciæ pro qualibet vice, qua fuerit contrauentum. Prohibemus etiam iisdem Datiarijs ne exerceant mercaturam, seu emant res causa reuendendi, quæ contineantur in eorum datijs, absq; licentia Consilij secreti, sub eadem pœna, vel nisi in capitulis aliter expressè caueatur.

DE NVNDINIS FACIENDIS IN CIVITATE FOROLIVII. RVB. LXXVII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd in Ciuitate Foroliuij de mense Decembris fiant, & fieri debeant Nūdinæ, quæ durent spatio quindecim dierum continuorum incipiendo à die sexta prædicti mensis Decembris, vsq; ad diem xxj. eiusdem mensis inclusiuè, & DD. Conseruatores de dicto mēse teneantur facere proclamari in Ciuitate Foroliuij prima die Decembris, & per alios duos dies cōtinuos, qualiter dictæ Nundinæ fiant vt suprà, quibus Nūdinis durantibus possint omnes, & singuli mercatores, & alij quicunq; conducere ad dictam Ciuitatem Foroliuij omnes suas res, & merces causa ibidem vēdēdi, vel aliter distribuendi absq; vllo datio persoluendo, tàm per ementes, quàm per vendentes, & extrahentes dicto tempore durāte, & prout, & sicut continebitur in Nundinarum capitulis, faciendis à Communitate Foroliuij, iuxtà dispositionem Consilii Generalis, quæ inuiolabiliter ab omnibus obseruari volumus. Declarantes autem quòd vbi mercator aliquis conduceret aliquas mercantias causa transeundi per Ciuitatem, & comitatum Foroliuii, & fingeret se velle dictas merces conducere causa vendendi in dictis Nundinis, & deonerare, & ipsas postmodùm extrahere vellet, teneatur datium persoluere; vnde, ad obuiandum huiusmodi fraudibus, mandamus, vt ad effectum quòd res censeantur immunes, tàm in conducendo, quàm in extrahendo, debeant tales merces permanere saltē per tres dies in loco Nundinarum palàm expositæ, & vendi cuilibet emere volenti.

De Proui-

DE PROVIDENDO RELIGIOSIS CAPITVLVM FACERE VOLENTIBVS IN CIVITATE FOROLIVII. RVB. LXXVIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd quotiescunq; Fratres Ordinis Prædicatorũ, vel Minorũ, Fratres S. Augustini, Fratres Seruitæ S. Mariæ, vel alij religiosi facient, vel celebrabunt suum Capitulum generale, vel prouinciale in Ciuitate Foroliuij, DD. Cõseruatores teneantur, & obligati sint ipsorũ religiosorũ petitionẽ ꝓponere in cõsilio secreto, si aliquã petitionẽ porexerint, ad effectũ, vt obtẽta licẽtia, recipiant elemosinã dicto cõsilio beneuisã, & si opus fuerit, eandem propositã facere in consilio generali ad effectum prædictum.

DE ILLIS, QVI VOLVERINT FACERE ECCLESIAS, ET HOSPITALIA. RVB. LXXIX.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si aliquis pro salute animæ suæ, vel parẽtum, vel quacunq; alia causa voluerit Ecclesiam, seù Hospitale erigere, aut construere, vel in meliorem formam reducere in Ciuitate, vel Diœcesi Foroliuij, DD. Guber. & Conseruatores teneantur, & obligati sint eidẽ omnem fauorem præstare, & suam authoritatem impartiri, & contradictiones omninò amouere; dummodò Reuerendiss. Episcopi Foroliuij iurisdictiones, & iura non lædantur, quæ illibata, & inuiolata seruari volumus, & mandamus.

DE DOMIBVS NON DESTRVENDIS IN CIVITATE FOROLIVII. RVB. LXXX.

CVPIENTES, vt Ciuitas nostra indiès potius nouis ædificijs cõdecoretur, & amplietur, quàm ex iam factorũ demolitione deturpetur, statuimus, & ordinamus, quòd nulla domus Ciuitat. Foroliuij posita suprà aliquam viam publicam deuastetur, seù destruatur, nisi destrueretur ad effectũ reędificãdi; & talis destruens possit, & debeat cõpelli, instante Syndico Communitatis, iuris remedijs, etiam cum mandato tædiali ad reficiendam domum, & idem destruens cogi possit ijsdem remedijs à vicinis pro suo interesse, quod interesse ex sola loci deturpatione censeatura desse, ad reficiendam domum. Volentes quoquè hoc idem Statutum habere locum in eo, qui causam dederit, vt domus corrueret, dummodò dolosè hoc fecerit, vel magna ipsius dñi domus negligentia contigerit; si verò casu corrueret domus, tunc dominus illius possit

compelli ad reędificandũ murum,qui claudat locum ruinę ad ſpacium altitudinis vnius perticæ,vel minùs,iuxtà altitudinẽm domorum vicinarum. Quando verò fuiſſet deuaſtata domus causa reædificandi,tunc concedatur eidem deſtruenti ſpacium duorũ menſium ad incipiendum ædificium,quo elapſo cõpellatur ad reficiendum, prout ſuprà fuit ſtatutum. Declarantes etiam,quòd non poſſit conſumari aliqua executio in tegulis,ſeù lignis domorum,quoniam non eſt cõueniens,vt pro modico intereſſe periculo ruinæ ſubijciatur tota domus.

DE MVRIS, ET PARIETIBVS. RVB. LXXXI.

AD ignis periculum euitandum prohibemus in domibus intèr vicinos parietem fieri poſſe de arena,vel luto,ſtramine,& palea, ſiuè alia ſimili materia,ſed tantùm de lapidibus,& gypſo,ſeù murum de lapidibus,& terra,vel calce; ſimilitèr ad tollendas diſcordias intèr ipſos vicinos, ac alia ſcandala,quæ oriri poſſent,ſtatuimus,& expreſsè mandamus,quòd pro clauſura tantùm dictorum vicinorum quilibet de Ciuitate, & burgis Foroliuij teneatur, & debeat in cortili ſuo communi ædificare intèr ſe, & vicinum ſuum, & ſic ambo vicini facere,& cõſtruere murum ſaltèm de terra,& lapidibus, altitudinis quinque pedum perticæ,expenſis communibus iuſrà menſem,poſtquàm eis,& cuilibet eorum per D. Gubernatorem, vel Prætorem dictæ Ciuitatis fuerit intimatum,ſub pœna lib. decem bon. & Iudex infrà tres dies poſtquàm ab aliquo vicinorum fuerit requiſitus prædicta executioni demandare debeat.

DE FENESTRIS. RVB. LXXXII.

QVIA ſepè contingit intèr ſe vicinos contendere occaſione feneſtrarum hac præſenti lege contentiones,& iurgia tollentes,ſtatuimus,& ordinamus in poſterùm nemini licere ſpecula, vel feneſtras facere in muro ꝓprio,vel cõmuni immediatè imminẽtes, & inſpicientes ſupèr cortili, vel horto ſui vicini; niſi ædificans ſeruitutẽ habuerit ſic faciendi, vel aliàs ſibi ex iuris diſpoſitione permiſſum fuerit,quib. in caſibus,hoc eſt quãdo ſic ędificandi facultatem habeat,volumus tunc teneri,vicino inſtante,ea clatrare ligneis, ſeù ferreis clatris,ità,& talitèr,quòd per illas,ſeù illa non poſſit caput emitti, & ſimilem clatrationem faciendam declaramus in feneſtris deinceps faciendis ſuprà culmen,vel domum alterius vicini.

De Proui-

DE PROVIDENDO CLOACIS. RVB. LXXXIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd Procurator, seu Syndicus Communitatis Foroliuij teneatur prouidere Cloacis cauandis, & emundandis, & constringere, ac compellere habitantes super ipsis ad eas reparandas, & aperiendas quatenùs ædes eorum proextenduntur, & ità dictæ cloacæ debeant esse apertæ, vt aquæ pluuiæ, & sordes absq, impedimẽto possint cõfluere, & currere per ipsas, & D. Potestas Ciuitat. Foroliuij, quotiès fuerit requisitus, teneatur, & obligatus sit procurare, & prouidere, quòd aqua pluuialis dilabens in areas vicinorum currat iuxtà solitum, & consuetum, & ad eam partem, ad quam meliùs possit currere, & labi inter areas vicinorum, & quòd nullus impediat quin aqua possit liberè effluere, & quicunq; de vicinis in hoc non obseruauerit id, quòd D. Prætor, & Syndicus præceperint, & ordinauerint in termino per eos ipsi assignato, condemnetur absq; tela iudiciaria in lib. quinq; bonenorum; nullus tamen audeat tenere aliquas latrinas in domo sua, vel infrà domum suã, vel suprà publicũ ità, vt stercus, seu immundicies labi, & discurrerę possit in viam publicam, & si contrafecerit, cadat in pœnam prædictam, & nihilominùs compelli debeat per Syndicum prędictum, mediante authoritate D. Prætoris ad reaptandum, & reficiendum, atq; remouendum causam ità, & taliter, quòd stercus, & immundicies exire, & labi non possint in viam publicam.

DE NON PROIICIENDO ALIQVID IN VIAS PVBLICAS. RVB. LXXXIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nemo, tàm interdiù, quàm noctù audeat, vel præsumat, sub quauis excusatione proijcere aquam, vel aliquid aliud turpe ex fenestris, vel speculis in viam publicam Ciuitatis, etiam sine læsione alicuius, sub pœna librarum quinque bonenorum, ad cuius pœnæ solùtionẽ teneatur Paterfamilias illius habitationis, ex qua facta fuit illa proiectio, vel deiectio, & credatur iuramento accusatoris cum vno teste; & si facta deiectione, vel effusione, aliquis læsus fuerit, incontinenti condemnetur etiam ipse effundens, vel deijciens ad emendationem damni.

DE VIIS SELICANDIS, SCOPANDIS, ET NON IMPEDIENDIS. RVB. LXXXV.

STATVIMVS etiam pro decore, & ornamento Ciuit. quòd vnusquisq; Dominus, vel Patronus cuiuslibet domus, antè eã teneatur habere, resarcire, & cõseruare viam lateribus, vel saxis stratam, siuè lapidibus munitã, ac selicatam quatenùs dicta domus se extendit sumptibus proprijs, similiter ordinamus quemlibet habitatorem Foroliuij, vndecunq; sit, teneri, & obligatum esse qualibet die, si tamẽ opus fuerit, sin minùs, saltem qualibet die sabbati, viam publicam, præcipuè Burgos maiores, antè domum propriam, vel conductam, ac antè officinas verrere, & mũdare, seu scopare, & purgare per se, vel alium, immũdiciemq; siuè fimum indè aliò exportare, præsertim post pluuias, & niues, ità vt viæ publicæ remaneant mundatę, & expeditę; prout mandamus etiam, quòd nemo audeat, vel præsumat occupare, vel impedire aliquam viam publicam, vel Burgos Ciuitatis cum lignis, seu lapidibus, terreno, aut calce, vel alijs quibuscũque rebus vltrà octo dies, nisi quis voluerit ędificare, vel reparare aliquã domũ; quo casu possit impunè tenere in dictis vijs, & plateis necessaria ad domum faciendam, vel reparandam ad voluntatem DD. Conseruatorum; nec liceat operario alicui, vel alijs quibuscunq; claudere, vel serrare porticum in totum, vel in parte muris, vel alijs parietibus, seu alia quacunq; materia, vel impedimento, per quod quoquo modo impediatur iter transeuntibus de die, seu de nocte, vel via fiat angustior, sub pœna in prædictis lib. quinq; bon. pro qualibet vice, & Pater familias teneatur pro facto suæ familię, & nihilominùs omnis clausura sub porticibus constructa, vel facta de medio tolli, & amoueri compellatur per Syndicum Communitatis, qui teneatur diligenter perquirere per Ciuitatem ân præsens Statutum obseruetur.

DE VIIS PVBLICIS NON OCCVPANDIS. RVB. LXXXVI.

AD reprimendam quamplurimorum rapacitatem, & naturam inclinatã ad vsurpandum bona non solùm priuatorum, verùm etiam Communitatis, & volentes indemnitati publicæ consulere, ac illam tueri statuimus, & ordinamus, quòd nullus occupet, aut angustet, vel claudat vlla occasione, vel causa aliquam viam publicam, vel vicinalem, seu aliqua alia loca publica Communis in totum, vel in partem, sita in Ciuitate, vel comitatu Foroliuij, & qui contrafecerit incidat ipso facto in pœnam librarum vigintiquinq; boneno-

bonenorum monetæ Romandiolę pro qualibet vice, & nihilominùs cum effectu omnia reducantur in pristinum statum, & obstacula remoueantur, & nulla currat præscriptio etiam centum annorum Cõmuni Foroliuij, quin recuperare possit rem, vel viam occupatam in totum, vel in partem; & Ballitores villarũ teneantur denunciare contrafacientes Procuratori, seu Syndico Communitatis intrà octo dies, post attentationẽ occũpationis, vel ipsam occupationem, sub pœna lib. quinque. Qui DD. Conseruatores, seu Potestas statim, & incõtinenti intrà biduum faciant remoueri, & in pristinum statum redigi rem, vel viam occupatam, seu angustatam, procedendo de facto, & manu regia, & si opus adhuc factũ non erit, prohibeant, quominùs fiat.

DE VIIS CONSERVANDIS. RVB. LXXXVII.

AD Communem habitatorum vtilitatem, & commodum mandamus, quòd nemo possit aliquam viam publicã immutare, vel remouere, aut angustare, vel in ipsa aliquod impedimentum, seu obstaculum ponere, vel facere, sub pœna infrascripta. Et similiter nemini liceat dictam viam publicam incidere, vel intercidere aliqua causa, vel ratione, etiam ad finem irrigandi aquas, nisi priùs ibi fecerit pontem lapideum, sub pœna lib. decem bonenorum; & Syndicus dictæ Communitatis teneatur, & debeat contrafacientem cõpellere ad talem pontẽ faciendũ, seu ipsam incisionem atterrãdũ, & prædictam viam cum effectu in pristinũ redigẽdũ. Verùm si euidens esset vtilitas omniũ vicinorum, tunc via vicinalis, cum consensu tamen, & deliberatione Consilij secreti Ciuitatis, possit mutari per homines, iuxtà ipsam viam possessiones habentes, & expresè consentientes, vel pro maiori eorum parte.

DE PORCIS NON TENENDIS PER CIVITATEM. RVB. LXXXVIII.

PRO bono publico statuimus, & ordinamus, quòd nemini liceat habere, aut tenere sues, vel porcos, aut aliquas porcas, qui, quæ vevadant, & discurrant per Ciuitatem cum custode, vel sine, sed tantùm possint ali intrà domos; aliàs fiant occupantis, & occidentis, & sic possint per quemlibet liberè capi, & impunè occidi; & si Dominus reclamauerit non audiatur, sed cõdemnetur ad præstandum sal, quo possint dicti porcorum interfectores eos aspergere, & condire, vel salire.


De læta-


DE LÆTAMINE, SEV FIMO ASPORTANDO. RVB. LXXXVIIII.

AD conseruandam aeris salubritatem statuimus, & ordinamus fimum, seu lætamen, siuè stercus, & omnes immunditias, quæ de cætero indiès fient, vel fieri continget in Ciuitate Foroliuij, & exponũtur per quascũquè personas, vel vniuersitates in vijs publicis, vel porticibus debere amoueri, & asportari extrà Ciuitatem per dominos lætaminum intrà quindecim dies continuos, si fuerint expositæ in dictis locis, à fine mensis Aprilis, vsq; & per totum mensem Octobris; à dicto autem mense Octobris, vsq; & per totum mensem Aprilis, ad arbitriũ DD. Conseruatorum, sub pœna in prædictis lib. quinq; bon. & nihilominùs illicò per Syndicum Cõmunis cogantur domini exportare dicta lætamina.

†


LIBRI PRIMI FINIS.





STATVTORVM CIVITATIS FOROLIVII LIBER SECVNDVS.

DE IVDICIIS.



DE FERIIS. RVB. I.



TATVIMVS, & ordinamus, in honorem, & reuerentiam Dei, & Sanctorum suorum, infrascriptas dies esse feriatas, in omnibus causis ciuilibus,& mixtis,videlicèt.

MENSIS IANVARII.

Diem primam,proptèr Circuncisionem Domini nostri IESV Christi,& omnes dies sequentes,vsq; ad primam diem post Epiphaniam inclusiuè.
Diem xvii. proptèr festum Sancti Antonij Abbatis.
Diem xviij. proptèr Cathedram Rom. Sancti Petri.
Diem xx. proptèr festum Sanctorum Fabiani,& Sebastiani Mart.
Diem xxj. proptèr festum Sanctæ Agnetis Virginis.
Diem xxij. proptèr festum Sancti Vincentij Martyris.
Diem xxv. proptèr Conuersionem Sancti Pauli Apostoli, &
Dies Dominicales.

MENSIS FEBRVARII.

Diem ij. proptèr Purificationem Beatæ MARIÆ Virginis.
Diem iij. proptèr festum Sancti Blasij.

Diem iv.

Diem iv. propter festum Sanctæ MARIÆ ab Igne Ciuitatis nostræ Aduocatæ.
Diem v. propter festum Sanctæ Agathæ.
Diem ix. propter festum Sanctæ Apolloniæ.
Diem xx. ob Creationem Sacri Numeri Pacificorum.
Diem xxij. propter Cathedram Anthioc. Sancti Petri.
Diem xxiv. propter festum Sancti Matthiæ Apostoli, &
Dies Dominicales.

MENSIS MARTII.

Diem vij. propter festum Sancti Thomæ de Aquino Ecclesiæ Doctoris.
Diem xj. propter festum Sancti Gregorij Papæ, & Ecclesiæ Doctoris.
Diem xix propter festum Sancti Ioseph.
Diem xxj. propter festum Sancti Benedicti Abbatis.
Diem xxv. propter Annunciationem Deiparæ Virginis.
Diem xxvij. propter Dedicationem Ecclesiæ Cathedralis Ciuitatis nostræ, &
Dies Dominicales.

MENSIS APRILIS.

Diem ij. propter festum Sancti Francisci de Paula.
Diem xxiij. propter festum Sancti Georgij.
Diem xxv. propter festum Sancti Marci Euangelistæ.
Diem xxix. propter festum Sancti Petri Martyris, Ordinis Prædicatorum.
Diem xxx. propter festum Sancti Mercurialis Conf. Episcopi Ciuitatis nostræ, ac Protectoris, &
Dies Dominicales.

MENSIS MAII.

Diem primam propter festum Sanctorum Iacobi, & Philippi Apost. ac Beati Peregrini Conciuis nostri.
Diem ij. propter festum Sancti Sigismundi.
Diem iij. propter Inuentionem Sanctæ Crucis.
Diem iv. propter festum Sancti Valeriani Mart. & Ciuitatis nostræ Patroni.
Diem viij propter Apparitionem Sancti Michaelis Arch.
Diem [illegible] propter Festum S. Iuonis Procuratorum Protectoris.
Diem xx. propter festum Sancti Bernardini Confessoris.
Diem xxviij. propter festum Sancti Gulielmi, &
Dies Dominicales.

Mensis

MENSIS IVNII.

Diem xi. propter festum Sancti Barnabæ Apostoli.
Diem xiii. propter festum Sancti Antonij de Padua.
Diem xxii. propter festum Sancti Iuliani.
Diem xxiiii. propter Natiuitatem Sancti Ioannis Baptistæ.
Diem xxviii. propter festum Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum, &
Dies Dominicales.

MENSIS IVLII.

Diem ii. propter Visitationem Beatæ MARIÆ Virginis.
Diem xii. propter festum Sancti Ioannis Gualberti.
Diem xiiii. propter festum Sancti Bonauenturæ Doctoris.
Diem xviii. propter festum Sancti Ruphilli Episcopi.
Diem xx. propter festum Sanctæ Margaritæ.
Diem xxii. propter festum Sanctæ Mariæ Magdalenæ.
Diem xxiii. propter festum Sancti Apollinaris.
Diem xxv. propter festum Sanctorum Iacobi Apostoli, & Christophori Mart.
Diem xxvi propter festum Sanctæ Annæ, &
Dies Dominicales.

MENSIS AVGVSTI.

Diem i. propter festum Sancti Petri ad vincula.
Diem ii. ob Iubileum Sancti Francisci.
Diem iiii. propter festum Sancti Dominici.
Diem v. propter Dedicationem Sanctæ MARIÆ ad Niues.
Diem vi. propter Transfigurationem Domini nostri IESV Christi.
Diem x. propter festum Sancti Laurentij Martyris.
Diem xii. propter festum Sanctæ Claræ Virginis.
Diem xv. propter Assumptionem Beatæ MARIÆ Virginis.
Diem xvi. propter festum Sancti Rocchi.
Diem xx. propter festum Sancti Bernardi Abbatis.
Diem xxiiii. propter festum Sancti Bartholomei Apostoli.
Diem xxviii. propter festum Sancti Augustini Ecclesiæ Doctoris.
Diem xxviiii. propter Decollationem Sancti Ioannis Baptistæ, &
Dies Dominicales.

MENSIS SEPTEMBRIS.

Diem viii. propter Natiuitatem Beatæ MARIÆ Virginis.
Diem x. propter festum Sancti Nicolai de Tolentino.
Diem xiiii. propter Exaltationem Sanctæ Crucis.
Diem xxi. propter festum Sancti Matthei Apostoli.
Diem xxix. propter Dedicationem Sancti Michaelis Archangeli,
Diem xxx. propter festum Sancti Hieronymi Ecclesiæ Doctoris, &
Dies Dominicales.

MENSIS OCTOBRIS.

Diem iiii. propter festum Sancti Francisci.
Diem xviii. propter festum Sancti Lucæ Euangelistæ,
Diem xxi. propter festum Sanctæ Vrsulæ, & sociarum.
Diem xxviii. propter festum Sanctorum Simonis, & Iudæ Apostolorum.
Diem xxxi propter reuerentiam festiuitatis omnium Sanctorum, &
Dies Dominicales.

MENSIS NOVEMBRIS.

Diem i. propter festum omnium Sanctorum.
Diem ii. propter commemorationem fidelium Defunctorum.
Diem iiii. propter festum Sancti Caroli Conf. & Pontif.
Diem viiii. propter Dedicationem Basilicæ Saluatoris.
Diem xi. propter festum Sancti Martini.
Diem xxi. propter Præsentationem Beatæ MARIÆ Virginis.
Diem xxii. propter festum Sanctæ Cæciliæ.
Diem xxiii. propter festum Sancti Clementis Papæ.
Diem xxv. propter festum Sanctæ Catherinæ Virg. & Mart.
Diem xxx. propter festum Sancti Andreæ Apostoli, &
Dies Dominicales.

MENSIS DECEMBRIS.

Diem iiii. propter festum Sanctæ Barbaræ.
Diem vi. propter festum Sancti Nicolai Episcopi, & Conf.
Diem vii. propter festum Sancti Ambrosij Ecclesiæ Doctoris.
Diem viii. propter Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis.
Diem xiii. propter festum Sanctæ Luciæ.
Diem xxi. propter festum Sancti Thomæ Apostoli.
Diem xxii. xxiii. xxiiii. ob reuerentiam Natiuitatis Domini Nostri IESV Xpi.
Diem xxv. propter Natiuitatem ipsam Domini nostri.

Diem xxvi.

Diem xxvi. propter festum Sancti Stephani Protomartyris.
Diem xxvii. propter festum Sancti Ioannis Apostoli, & Euangelistæ, Sacri Numeri Patroni.
Diem xxviii. propter festum Sanctorum Innocentium.
Diem xxix. & xxx. propter reuerentiam Natiuitatis Domini nostri.
Diem xxxi. propter festum Sancti Syluestri Papæ, &c.
Dies Dominicales.

FERIÆ MOBILES

Diem Cinerum.
Item omnes dies Veneris Martij.
Item omnes dies à Dominica Palmarum, vsq; ad octauam Resurrectionis Domini nostri IESV Christi inclusiuè.
Item tres dies Rogationum.
Item diem Ascensionis.
Item diem Pentecostes, cum vno præcedenti, & duobus sequentibus.
Item diem Corporis Christi.
Item omnes alias festiuitates, quas Perillustris, & Reuerendiss. Episcopus duxerit cum Clero solemniter celebrandas, quibus diebus non reddatur ius, aliàs omnia acta, tunc temporis facta, & actitata sint nulla.

Ad vtilitatem quoq; hominum decernimus feriatas esse ob messes, omnes dies à Natiuitate S. Ioannis Baptistæ, vsq; ad festum Assumptionis Beatæ MARIÆ Virginis, in quibus diebus non reddatur ius, nisi in causis executiuis.
Propter vendemias, à kalendis Septembris, vsq; ad decimam diem Octobris inclusiuè, non reddatur ius in causis ordinarijs tantùm, in executiuis verò idem seruetur per tres dies continuos ob vendemias (vt vulgò dicitur) de plano, & propter illas de monte, octo dies continuos à die exbannitionis.
Item omnes dies, quibus durant Nundinæ, quæ incipiunt die sexta Decembris, & finiunt, seu terminant die xxi. eiusdem Mensis.
Dies omnes Ingressus DD. Conseruatorum.
Ob Aduentum Domini Superioris per tres dies.

Ob recreationẽ hominum dies Iouis, Veneris, Sabbati, Lunę, & Martis Bacchanalium, & in his casibus aliter nõ reddatur ius in causis ordinarijs, nec in executiuis, nisi de consensu partium, sub pœna nullitatis actorum.

IN QVIBVS CASIBVS IVS REDDI, AVT DICI DEBEAT FERIIS NON OBSTANTIBVS, ET SINE FIGVRA IVDICII. RVB. II.

CVM aliquando sit necessarium diebus feriatis ad vtilitatem, & recreationem hominum ius reddi, aut dici debere, statuimus, quòd Iudex debeat, & teneatur cognoscere summariè, de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, dictis ferijs non obstantibus, causas salariorum, seu mercedum, legatorum pijs locis factorum, ac etiam alimentorum futurorum, nec non causas miserabilium personarum, & carceratorum, ac causas iter agētium, hospitū, tàm actiuè, quàm passiuè, & deniquè omnes causas, in quibus pietas, & necessitas id suadeat, & periculum sit in mora. Liceat etiam Prætori voluntariā exercere iurisdictionem, non solùm in prædictis diebus, verùm etiam in honorem Dei, non tamen de præcepto Ecclesiæ, vel Reuerendissimi Episcopi feriatis.

QVOD OMNI DIE IVRIDICA PVLSETVR CAMPANA PRO IVRE REDDENDO. RVB. III.

STATVIMVS, & ordinamus omnibus diebus iuridicis, Notariū Actuarium debere facere pulsare campanam per magnum spacium, ad cuius sonum DD. Gubernator, & Potestas accedant ad locum solitæ audientiæ, hora eorum respectiuè debita, & cōpetenti, & pro tribunali sedeant, & ius omnibus petentibus benignè reddant. Nec non prędicto sono durante, Procuratores, & Notarij ad eorum solitum, & destinatum locum accedant, & suum officium legaliter exerceant.

DE MODO CITANDI, ET IN IVS VOCANDI. RVB. IIII.

QVICVNQVE Ciuis, seu habitator Foroliuij, vel eius comitatus, siuè districtus, aut forensis, qui litem, quæstionem, seu controuersiā aliquam habiturus, siuè moturus sit, contra alium Ciuem, vel habitatorem huius nostræ Ciuitatis, seu comitatinum, vel districtualem; primò teneatur, per vnum ex Nuntijs, seu Plazarijs approbatis, illū facere citare personaliter, si reperiri potest, sin minùs, ad domū suæ habitationis, vna die ꝓ altera, coram Iudice, coram quo voluerit actor facere, seu producere suam petitionem,

nem,siuè libellum,in termino cuius citationis, si reus citatus cõparuerit,audiatur,sin minùs iterùm similiter citetur, vna die pro alia, & accusata eius contumacia per actorem,seu eius Procuratorem possit in contumaciam contrà ipsum citatum Iudex,si causa sit executiua,committere executionem,& relaxare mandatum executiuum pro summa, seu re petita, & pro expensis; si autem causa sit ordinaria,tertia vice citetur,& si non compareat eius accusetur contumacia,& in contumaciam condemnari possit in quantitate,seu re postulata, & in expẽsis; sed si agatur contrà aliquem tanquàm contrà hęredem,vel possessorem,tunc loco vnius ex supradictis citationibus adhibeatur citatio in scriptis ad respondendum præparatorijs; & tales vt suprà citati,& contumaces non audiantur ad aliquid allegandum,vel opponendum,nisi priùs refectis actualiter expensis factis, & passis per actorem. Si autem compareant supradicti citati in vna ex dictis citationibus,& copiam petierint, debeat Iudex illam decernere cum termino triũ dierum vtilium ad opponendum,& dicendum contrà quicquid reus vult,& potest,& in causa posteà procedatur iuxtà terminos in alijs Statutis dispositos, & in vno quoquè actu semper debeat citari pars aduersa,vel eius Procurator, seu ad præsentiam fieri actus,& instantia,aliàs quilibet actus sine citatione, vel præsentia sit nullus. Ad respondendum verò pręparatorijs,positionibus,ad interrogatoria dandum,ad iurandum, ad recognoscendum scripturas, ad producendũ inhibitionem,vel saluum cõductum,debeat fieri citatio in scriptis, & vnica sufficiat cum comminatione in forma, & quãdo Iudex est delegatus, cum insertione commissionis,ad effectum,vt citatus scire possit,ad quid citetur; si autem citandus distet à Ciuitate decem milliarijs, & vltrà,citari debeat pro secunda die iuridica post citationis executionẽ, & p̃dicta locũ habeant in maioribus viginti ãnis. Si verò citãdus sit minor annorũ xx.pupillus,vel infans,tunc si habeat Tutorem,vel Curatorem,ipse citari debeat,vt suprà; si autem non habeat,tunc per citationem in scriptis citari debeant Mater,vel Auia Viduæ,& legitimæ ætatis successiuè; quibus deficientibus eius proximiores, nempè duo agnati ex parte Patris,si adsint,sin minùs duo cognati ex parte Matris idonei, nõ suspecti, & de quorum interesse non agatur,sed habiles ad suscipiendam curam illius, vel illorum ad litem, seu lites, & ipsi etiam minores ad petendum dictum Curatorem, & ipsis citatis comparentibus,seu aliquibus ex illis detur ei,vel eis vnus, vel duo in Curatorẽ,siuè Curatores ad dictas lites,& causas:quibus omnibus legitimè recusantibus,vel legitimã causã habentib. Iudex prouideat de Curatore iuxtà dispositionem Rub. de dãdo liti Curatore,qui teneantur,& cogi possint per Iudicẽ, ad acceptandum, & suscipiendum dictam curam, & præstare fideiussorem, ac promittere vtilia facere,& inutilia prætermittere,& dictos pupillos, seu minores defendere,& facere,quæ de iure tenentur: & semper magis idoneus,seu idonei eligi debeant,& ipsi Curatores posteà citari debeant in quocunque actu, & etiam prædicti minores. Non possit autem citari ad comparendum personaliter aliquis

-ter aliquis, nisi ex causa beneuisa Iudici, qui debeat talem citationem committere,& nisi in casibus suprà expressis, nempè ad respondendum præparatorijs,& his similibus casibus.

DE MODO CITANDI, ET PROCEDENDI CONTRA FORENSES. RVB. V.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si forensis domicilium, & habitationem habuerit in Ciuitate, vel districtu Foroliuij citetur, & procedatur contrà eum eo modo,& forma, sicut dispositum est de Ciue, etiam si, de loco destinatæ solutionis, nulla sit habita mentio inter contrahentes; si verò talis forensis non habuerit domicilium,& habitationem in Ciuitate, sed tantùm possideat prędia rustica, tūc, si inueniri potest in prædicta Ciuitate,& districtu, citetur personaliter, sin minùs ad valuas Palatij cum affixione citationis in scriptis, si tamen Ciuitas, seu districtus Foroliuij sit locus destinatæ solutionis, vel in dicta Ciuitate, vel districtu fuerit celebratus contractus; in termino cuius citationis actor requirat ipsum citatum ad constituendum Procuratorem, vel ad eligēdum locum, in quo citari possit, cum protestatione, quòd aliàs citabitur ad valuas Palatij, & sic deinceps citabitur, vel ad locum electum, vel ad valuas, si Procuratorem non constituat. Sed si talis forensis possideat domum in Ciuitate, vel comitatu Foroliuij,& tamen ibi non habitauerit, tunc debeat, & possit citari ad dictam domum, per citationem tamen in scriptis, & cum dimissione copiæ: & quatenùs domus habitationis illius clausa à Nuntio reperiretur, tunc Nuntius, præuia ad eam domum pulsatione pluriès reiterata, teneatur vocare habitātes alta,& intelligibili voce,& nemine respondente, dimittere debeat copiam citationis ostio domus affixam. Declarantes, quòd prædictæ citationes in scriptis faciendæ debeant semper fieri vna die pro altera sequenti iuridica, debeantq; omnes citationes fieri de die, non autem de nocte post sonum salutationis Angelicæ. Adijcientes, quòd forenses gaudeant benefitijs præsentium Statutorum, circà ius reddendum illis, si tamen idem ius reddatur Foroliuiensibus in terris eorum forensium.

DE MODO PROCEDENDI IN CAVSIS CIVILIBVS. RVB. VI.

CVPIENTES litigantes, quantùm possumus, à superfluis expensis subleuare, & officialibus ius reddendi in hac nostra Ciuitate certam tradere formam,& modum procedendi in causis ciuilibus, statuimus, quòd talis sit

calis sit ordo; à libris quinque infrà seruetur Rub. de modo procedendi in causis non excedentibus summam librarũ quinque. Si verò actor petierit maiorẽ summam, seu res maioris valoris, debitor citari debeat, pro vt fuit suprà dispositum in Rub. de modo citandi, & in ius vocandi; qui si fuerit contumax, propter eius contumaciam possit condemnari in quantitate petita, & in expensis; si verò compareat in termino alicuius ex dictis citationibus, actor teneatur suis sũptibus dare libelli, seu petitionis copiam ipsi reo petenti, cum termino triũ dierum vtilium ad opponendum quascunq; exceptiones, in quo termino si neget, vel opponat aliquas exceptiones, tunc Iudex statuat actori terminum decẽ dierum ad probandam suam intentionem, quam si probauerit, & reus quoq; velit probare suas exceptiones, ei præfigat similem terminum decem dierum ad probandum, in quo si probauerit publicentur testes, & processus; si verò partes, vel earum altera secũdum terminum velit, debeat Iudex illum dare, nempè medietatem primi; tertius autem terminus detur arbitrio Iudicis, dummodò in primo, vel in secundo aliquid factum, vel deductum fuerit; si autem fuerint examinati testes hinc inde, seu ab vna parte tantùm, debeant publicari, & tradi copia volentibus, cum termino duorum, vel trium dierum, iuxtà qualitatem causæ, & quantitatem testium examinatorum, ad opponendum & probandum excepta contrà testes, & eorum dicta, ac totum processum, & repulsandum, quatenùs velit: & quando ob vtraq; parte producuntur instrumenta, vel aliæ scripturę, semper detur copia parti petenti, cum termino duorum dierum vtilium ad opponẽdum, excipiendum, & dicendum contrà, & pariter articulorum, & capitulorum, ac nominum testium copia detur cum dicta dilatione duorum dierum vtilium ad danda interrogatoria, & posteà fiant conclusio in causa, & monitio ad sententiam, vna, vel plures, & Iudex possit posteà procedere ad sententiam visis scripturis, & informationibus in iure, & in facto, & illis consideratis, & datis etiam motiuis, quatenùs pars, & causa requirat. Declarantes, quòd in quolibet actu faciendo pars aduersa citetur, seu præsens sit, vel eius Procurator, aliàs oẽs actus sint nulli, & decreta, seu pronunciæ factæ sine præsentia, vel citatione partis, seu eius Procuratoris, nisi in termino monitionis, similiter nulla, & nullę sit, ac nullius valoris, & nihil noceant alteri parti, & si reus, qui fuerit contumax in omnibus citationibus, posteà compareat, & velit reaudiri aduersus sententiam contrà eum promulgatam, dummodò nõ sit consumata executio, audiatur, refectis tamen priùs ipsi actori omnibus expensis, ac sumptibus ab eo passis ob illam suã contumaciam; si autem fuerit consumata executio, & pignus ablatum, teneatur vltrà refectionem expensarum, præstare fideiussionem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, vel firmum remaneat pignus: quibus expensis actualiter refectis, audiatur vt suprà, dando ei copiam cum termino supradicto, si petierit, & deindè procedatur in causa, vt suprà dispositum est, & prædicta seruentur, & locum habeant, tàm in personali actione, quàm mixta ad speciem, siuè factum, vel

officio

officio Iudicis loco actionis implorato, quibus actũ fuerit. Si verò actor agens actione reali in contumaciam in possessionem rei petitę immissus sit, si reus, infrà terminum sex mensium à die tenutæ obtentæ, & intimatę, compareat, & velit recuperare possessionem rei suæ, & petat reaudiri, audiatur, refectis priùs expensis, sed, si infrà dictum terminum nõ comparuerit, actor efficiatur verus possessor, & exindè reus perpetuò sit exclusus; atsi non fuerit contumax, vel fuerit, & refectis expensis audiatur, tunc lis suo ordine discurrat.

DE MODO PROCEDENDI QVANDO DE DEBITO APPARET PVBLICVM INSTRVMENTVM, SEV SCRIPTVRA PRIVATA. RVB. VII.

CVPIENTES, quantùm est possibile, quòd in casibùs, in quibus appareant publica instrumenta, vel chirographa à partibus subscripta, lites non occurrant, siuè fiant, hoc Statuto ordinamus, quòd si quis creditor compareat coram aliquo Iudice huius Ciuitatis, & producat instrumentum nõ abolitum, nec cancellatum, nec in aliqua sui parte suspectum, & petat aliquam quantitatem pecuniarum, bonorum, vel rerum ab aliquo debitore citato, & instrumentum contineat obligationem, vel promissionem ipsius quantitatis, vel rei petitæ, Iudex teneatur dare copiam dicti instrumenti, & petitionis ipsi debitori, & reo si petat, & ei statuat terminum trium dierum vtilium ad opponẽdum, & probandum omnes, & quascunq; competentes exceptiones, & quicquid voluerit contrà ipsum instrumentum, ac petitionem, siuè libellum; quòd si infrà dictum terminum non opposuerit, vel opposita non probauerit, ad solutionem talis debiti, dicto termino elapso, ipse debitor personaliter, & realiter ad voluntatem creditoris effectualiter constringatur, donec ipsi actori, & creditori fuerit plenè satisfactum de sorte principali, ac de expensis, dummodò infrascriptã dilationem non petat ad opposita probandum. Statuentes, & declarantes, quòd contrà dicta instrumenta publica, in iudicio producta non possint opponi aliæ exceptiones, vel defensiones per reum, vel reos, quin executioni mãdentur contrà eos, nisi exceptio falsi, solutionis, rei iudicatæ, præscriptionis, & vsurariæ prauitatis, quibus exceptionibus propositis, vel aliqua earũ, Iudex faciat iurare excipientem, vel Procuratorem in animam ipsius, & principalis, quòd huiusmodi exceptiones ex malitia, vel animo litem prorogandi non opposuerit, sed quia credit eas, vel eam se credere probare posse, & maximè si actor hoc petat, & ipse similiter iuret: & si iurare opponens recusauerit, statim pronunciet dictas exceptiones non esse admittendas, & ipsis non obstantibus ad executionem instrumenti procedat; si autem iurauerit, & petierit terminum ad illas, siuè aliquam earum probandum, Iudex debeat eidem reo præfigere dilationem decem dierũ

ad dictas

ad dictas exceptiones probandum,& probatum habendum per omne genus p̃bationis: quòd si non probauerit, statim executionem dicti instrumenti relaxet pro quantitate petita,& pro omnibus expensis; nec admittatur aliqualis appellatio suspensiua. Et prædicta locum habeant etiam, quando petitur executio scripturæ priuatæ, seu chirographi manu debitoris, vel alterius scripti, seu subscripti ab eo, vel testibus, & archiuiati, facta tamen recognitione per ipsum debitorem, vel per scribentem, seu per testes subscriptos, si aliqui subscripserint, & iuxtà Rubricã de chirographis. Circà verò instrumenta, seu chirographa, & scripturas priuatas habentes clausulam, & obligationem cametalem, statuimus, & decernimus habere eandem, & quoquè efficaciorem executionem, & copiam debere dari reo, & debitori petenti, cum termino sex dierum vtilium ad excipiendum, & proponendùm dictas quinque exceptiones tantùm,& excepta probandũ peremptoriè, cum clausula, aliàs executionem pro sorte,& pro omnibus expensis; quo verò ad chirographa, cũ clausula, interim ad secũdam ad recognoscendũ, aliàs pro recognitis; quæ executio, & mandatum executiuum detur creditori, elapsis dictis sex diebus, nulla tamẽ facta dictarum exceptionum probatione, seu alicuius earum per debitorem, nec aliam dilationem habere debeat; itẽ modus antedictus procedendi,& prædicta omnia locum habeant, quando petitur executio testamenti, etiam conditi ruri per Parochum, coram duobus testibus, iuxtà iuris Pontificij dispositionem, codicillorum, legati, sententiæ, laudi, quæ transiuerint in iudicatum, præcepti,& alterius cuiuscunq; instrumenti, quia eandem executionem habere volumus, vt suprà dictum est,& tàm ad fauorem ipsius creditoris, quàm eius hæredũ, & cessionariorum, facta tamẽ priùs fide, ac probatione, quòd sint hæredes, siuè cessionarij,& tàm cõtrà debitores, quàm contrà hæredes suos,& cessos, probato priùs, quòd sint hæredes, seu cessi per interrogationes, seu positiones, vel aliter, ad quas respondere teneantur, aliàs pro confessatis haberi. Non negamus tñ pro hoc hęredibus scriptis, quin possint vti beneficio l. fin. C. de edict. Diui. Adria. tollen. quo si vti voluerint, tunc iura communia mandamus obseruari. Eandem executionem habere volumus libros Mercatorũ,& eorũ partitas, dũmodò fuerint rectè,& fideliter scriptæ in libris giornalibus,& magistralibus, cartulatis, & à Cõmunitate approbatis cum suo sigillo,& habentib⁹ alia requisita, de quib⁹ infrà in Rub. libri Mercatorũ quomodo probẽt, quã in his seruari ordinamus, & si fuerint oppositę exceptiones falsi, seu vsurarię prauitatis cõtrà p̃dicta instrumẽta, scripta,& partitas, ac alia supradicta, mãdamus retardari executionẽ, p̃sertim stante iuramẽto;& dictæ exceptiones, quatenùs criminaliter intentatæ fuerint, decernimus cognosci coram Iudice competẽti infrà decem dies,& iustitiã fieri, & si proponens dictas exceptiones non probauerit legitimè intentionem suam, absoluatur alter, contrà quem propositæ fuerint,& condemnetur proponens, & allegans eas, in libris quinquaginta bonenorum, & in omnibus expensis,

M quas tene-

quas teneatur incontinenti reficere,& non admittatur appellatio,saltem retardatiua. Si verò exceptio solutionis,opposita per reum conuentum,fuerit probata in totum,vel in partem,condemnetur actor secundum formam Statuti positi infrà sub Rub. de pœna petentis plus debito.

DE MODO PROCEDENDI IN CAVSIS NON EXCEDENTIBVS SVMMAM LIBRARVM QVINQVE BONENORVM. RVB. VIII.

STATVIMVS, quòd Iudices debeant causas ciuiles non excedentes sũmam quinque lib. bon. cognoscere, tractare,& diffinire summariè,de plano,absque strepitu, & figura iudicij,sola facti veritate inspecta,& non seruatis terminis iudiciarijs,& executiuè procedendo, præcedente tamen bina citatione domi, vel vnica personaliter.

DE IVSTITIA SVMMARIA FACIENDA RELIGIOSIS. RVB. IX.

CVM non sit cõueniens,minúsq; deceat personas Religiosas per Palatia, seu curias discurrere,sed potiùs diuinis incumbere, ordinamus, quòd si Syndicus,vel Procurator alicuius Ordinis Mendicantium,Regularium, vel alterius Ecclesiæ,seu Monasterij,Hospitalis, vel pij loci, seu aliquis Sacerdos,vel Presbyter secularis Ciuitatis,vel districtus Foroliuij fuerit,vel sit creditor alicuius,occasione legati,Conuentui,Hospitali,vel pio loco,vel Ecclesię,psonisuè singularibus eorumdem relicti,vel facti in testamẽto,codicillis,vel alia vltima voluntate,vel per instrumentum,seu scripturam priuatam,creditumquè suum petere,vel consequi voluerit,seu voluerint in curia Gubernatoris, vel alterius Iudicis,ipse Iudex,coram quo comparuerit,seu comparuerint,teneatur, & obligatus sit eius,seu eorum causas audite,cognoscere,& terminare summariè, simpliciter, de plano, absq; strepitu,& figura iudicij,omnibus cauillosis,& quibuscunquè non legitimis exceptionibus,ac impedimentis prorsùs remotis.

DE EXCVSSIONIBVS. RVB. X.

STATVIMVS, quòd de cætero excussiones fiant hoc modo,videlicet, quòd executor adhibeat diligentiã ad inueniẽdũ bona debitoris mobilia, siuè immo-

siuè immobilia, siuè se mouẽtia, in quib⁹ cõsumari possit executio absq; vllo impedimento, & si nõ inuenerit, vel inuenerit, sed nõ possit cõsumare pdictã executionẽ in aliquib⁹ bonis debitoris, tunc faciat relationẽ, se fecisse, & adhibuisse diligentiã inueniendi bona debitoris, & nõ inuenisse, vel qđ inuenit, sed nõ potuit executionẽ cõsumare in eis, Qua relatione facta, ipse creditor requirat illũ tertiũ possessorẽ, vel fideiussorẽ, vel aliũ, cõtrà quẽ intẽdit mouere iudiciũ, & litẽ, ad indicandũ bona possessa per ipsũ debitorẽ, in quib⁹ possit absq; vllo impedimento cõsumari executio, q̃ bona si nõ fuerint indicata, vel si fuerint indicata, & non possit in eis consumari executio, ꝑpter aliqđ impedimentũ, tunc dicatur sufficiens facta excussio, & apertã esse viã agendi cõtrà ipsũ tertiũ possessorem, vel fideiussorem, vel cedẽtem, vel alium sic requisitũ, & à decreto Iudicis sic ꝓnunciantis, non detur appellatio. Declarantes non esse nostræ intentionis determinare, excussionem necessariã esse, priusquã agatur vtili saluiano interdicto, sed quidem declarare, qđ si facta fuerit excussio, tunc à sententia in eo iudicio ad fauorem actoris lata, non dari appellationem suspensiuam, & posse procedi ad subhastationem rei ablatæ, & illius liberationem, iuxtà Rub. à quibus sententijs liceat appellare, & Rub. de saluiano interdicto.

LIBRI MERCATORVM QVOMODO PROBENT. RVB. XI.

ITEM statuimus, quòd libri Mercatorum, & partitę in eis descriptæ, & notatę probent, & faciant fidem, ac etiam habeant executionẽ in iudicijs, quotiescunq; dicti Mercatores habeant vnam vacchettam, in qua primò notetur, & scribatur, quando res venditur, deindè habeant libros giornalem, & magistralem ligatos, cartulatos, & à Secretario Communis cum sigillo Communitatis approbatos, authenticatos, & corroboratos, in eisquè partitę quorumcũque sint fideliter ordinatæ, separatim, & de per se descriptæ, de rebus tamen spectãtibus ad Mercaturam, cum appositione diei, mensis, & anni, ac nominis emptoris, rerum venditarum, pretij, & termini ad soluendum; quæ quidem partitæ debeant subscribi ab emptore, vel eius mandatario, seu aliquo de eius ordine, vel per schedam dicti emptoris, quibus libris in tali forma existẽtibus adhibeatur fides, & executionẽ habeant, pro vt dispositum est in Rubrica de modo procedendi quando de debito apparet publicum instrumentum. Si verò minùs habuerint, quàm suprà fuit dictũ, careant omni priuilegio executionis, quo ad partitas continentes summam maiorem scuti vnius, & habeantur, ac si essent libri priuatarum personarum, pro memoria ipsorum facti, quibus adhibeatur fides, vel non, secundum qualitatem personarum, & partitarum in eis descriptarum, iuxtà dispositionem iuris Communis.

 De Satis-

DE SATISDATIONE DANDA PER FORENSES. RVB. XII.

VOLVMVS, atq; ordinamus, quòd si qua persona forensis, quę non sit de Prouincia Romandiolæ, nec possideat bona immobilia in Ciuitate, territorio, vel districtu Foroliuij, mouerit aliquam litem, causam, siuè iudicium, coram quouis Iudice Ciuitatis Foroliuij, contrà aliquem Ciuem, comitatensem, seu districtualem dictæ Ciuitatis, nullo modo per Iudicem super dicta lite, vel causa audiatur, nisi infrà triduum, saltem post porrectam petitionem, instante parte, idoneè satisdederit de reficiendis expensis legitimis suo aduersario in casu succumbentiæ; & si reconueniatur, teneatur similiter satisdare de iudicio sisti, & iudicatum soluẽdo, nec in dictis causis sufficiat iuratoria cautio, nisi Iudici ex rationabili causa aliter videatur; quòd idẽ seruetur, etiam si lis, vel causa mota fuerit, mediante Procuratore deputato, nõ obstante, quòd in instrumento mandati releuatus sit propter satisdationem. Declarantes hoc præsens Statutum non procedere in causis exiguis, & vbi tractatur de mercede, salario, alimentis, & de pia causa.

DE CAVSIDICIS, ET ADVOCATIS NON RECIPIENDIS IN FIDEIVSSORES. RVB. XIII.

ADHÆRENTES insuper laudabili dispositioni Sacrarum Constitutionum Prouinciæ, statutaq; nostra in hoc innouantes statuimus, & ordinamus, quòd de cætero nullus iurisperitus officium Aduocati aliqualiter exercens, nullusq; Causidicus possit recipi in fideiussorẽ principaliter, & vti principalis alicuius personæ minoris, vel maioris, vel vniuersitatis de non offendendo, siuè pręsẽtando aliquẽ totiès, & quotiès in causis criminalibus, siuè de obseruanda pace, vel de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, & non discedendo de Palatio, vel aliquo alio loco, siuè de habendo locum assignatum pro tuto carcere, vel in aliqua alia causa criminali, nec possit se constituere pro aliquo soluturũ, vel aliquid aliud promittere, siuè obligare in pœnis conuentionalibus in iudicio, vel extrà, quouis modo ad instantiam fisci, vel partium contrahentium quauis causa, & occasione, nec etiam in causis ciuilibus, vbi tamen contingat fideiubere in iudicio; & si qualitercunq; in aliquo prædictorum, & similium contrafactũ fuerit, ipso iure nõ teneat, nec cõueniri, nec cõdemnari possit talis promissor, & obligatus Aduocatus, vel Causidicus; & iuramentum superindè interpositum dolo, fraude, & per vim pręsumi, & dici volumus, & mãdamus; oẽsq;

obligatio-

obligationes,cautelæ,clausulæ,promissiones,instrumenta, quibusuis amplissimis verbis facta,& celebrata contrà dispositionem,& ordinem præsentis Statuti, nullam habeant vim,nec teneant ipso iure.

QVOD ADVOCATI SINT EXEMPTI AB OMNIBVS ONERIBVS PERSONALIBVS. RVB. XIIII.

AD vtilitatem,& decorẽ Ciuitatis nostræ statuimus,& ordinamus, quòd omnes Iurisperiti,siuè Aduocati,tàm in iure canonico, quàm ciuili,ac Medici,Physici,seu Chyrurgi medicinę artem exercentes,nec non Philosophiam,seu Logicam profitentes,ac Causidici habitantes in Ciuitate,vel districtu Foroliuij sint liberi,exempti,& immunes ab omnibus, & singulis angarijs,obsequijs,ac alijs oneribus meris personalibus,adeò, quòd à nemine possint grauari,vel cogi ad ipsa onera,duntaxat personalia,subeundum,tàm in Ciuitate,quàm in Prouincia. Insuper cũ sint,& conseruentur sub vniuersali protectione, & patrocinio totius Ciuitatis, & Iudicum Foroliuij volumus, & mandamus,quòd si quis, contrà eos,vel aliquem eorum, cõspirauerit,vel offendere ausus fuerit,non solum ratione eorum officij,verùm etiam ex alia quacunq; causa, seu occasione,teneatur,& puniri debeat in duplum pœnę incursæ,tanquàm offẽdens publicam personam. Vlteriùs non possint, nec valeant, prætextu represaliarum quibusuis personis concessarum,capi,arrestari,vel aliquo modo molestari,seu detineri. Possintq; ipsi, & eorum famuli, videlicet vnus pro quolibet, liberè,& impunè, tàm de die, quàm de nocte arma non vetita deferre (exceptis archibusijs)etiam sine lumine,& D. Gubernator,ac alij Officiales Ciuitatis,& districtus Foroliuij vinculo Sacramenti, teneantur,& debeant hoc Statutum obseruare,& obseruari facere.

DE DIVISIONE BONORVM COMMVNIVM. RVB. XV.

CVM ex quodam naturali vitio negligatur, quod cõmuniter possidetur, ac etiam communio solita sit excitare discordias: Iccircò ordinamus quemcunq; Ciuem,vel comitatinum,seu distrectualem Foroliuij possidentem in communi aliquid immobile,mobile,vel se mouens,aut nomen debitoris,posse à tali communione recedere; & propterea ei licere fratrem, vel socium,fratres,vel socios,cum quibus res prędictas tenet indiuisas,prouocare,& cõpellere ad faciendam ipsorum bonorum,ac iurium diuisionem, ad quam, si medio iure

dio iure per partes deuenire contigerit, tunc Iudex cogat dictos fratres, & rei communis cõsortes diuidere, infrà terminum quindecim dierum, & plus, & minus, prout ipsi Iudici opus esse videbitur, vel rerum qualitas postulabit, data tamen facultate, si voluerit, faciendi portiones ei, qui fratrem, vel socium in ius conuenerit, & eo casu conuentus habeat facultatem eligendi partem, quam maluerit ex rebus, & iuribus inter eos diuidendis; si autem prouocans id facere recuset, nihilominùs audiatur, & ei non denegetur, si potiùs velit, & proposuerit diuidi bona communia per attinentes, vel arbitros idoneos à partibus, vel Iudice electos: qui omnia bona diuidere teneantur æquis portionibus, ac iuramento eorum interueniente. Prætereà per ipsos diuisores tot fiant cedulæ, portiones æqualis valoris diuidẽdas cõtinentes, quot erunt personæ diuidere volentes, & in vrna, vel alia re simili ponantur, in altera verò nomina diuidentium; & sic ex vtraq; vrna, vel vase extrahantur priùs nomina sociorum, & deinceps portiones factæ, & quicquid fortuna vnicuique obtulerit, erit quilibet ex consortibus sua sorte contentus, omni querela cessante, & appellatione remota, vt dirimantur lites, & scandala euitentur; si autem arbitri essent discordes in huiusmodi diuisione facienda, Iudex suum impartiatur officium, eosq; omninò concordet; & quia quandoq; domus, vel res diuidenda commodam non recipit diuisionem, vel magno cum damno, aut sumptu, vel socijs, aut aliorum alteri efficitur inutilis, ijs casibus, aut de communi consensu res vendatur, aut tota vni tantùm tradatur per Iudicem, vel arbitros prædictos, facta rei æstimatione, & soluenda per eum, cui pars illa erit adiudicanda, arbitrio eorumdem met diuisorum. Hoc tamen addito, quòd facultas eligendi rem ipsam, vel rei æstimationem spectet ad prouocatum, si tamen diuisio fuerit facta per ipsum prouocantem; si autem arbitri partes fecerint, sorte dirimantur, vt suprà diximus; quãdo verò casus dederit super re diuidenda cõtrouersiã oriri per aliquẽ ex cõtẽdentib⁹ asserentẽ nullã exstare communionem, tunc idem Iudex causam cognoscat, & eam citiùs, quàm fieri poterit, decidat prout iuris, ommissa omni præscriptione, quantùmuis longissima, quę nõ possit obesse alteri fratri, vel socio etiam absenti, qui rem cõmunem pro indiuiso possedisset; vbi autem quis possedisset partem suã pro diuiso, tunc ius commune seruari mandamus. Volentes quoquè eandem solemnitatem, in contractibus minorum traditam, adimpleri, si minores vigintiquinque annis ad diuisionem venire contingat.

DE HOMINIBVS ELIGENDIS SVPER CONFINIBVS TERMINANDIS INTER VICINOS RVB. XVI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si aliqua lis, aut discordia orta sit, vel orietur inter vicinos occasione rusticorum, vrbanorumquè prędiorũ, Iudex infrà decem dies, post querimoniam depositam, teneatur, & debeat eligere

eligere duos homines probos,& peritos Ciuitatis,vel loci,seu villę illius,in quibus sitæ,positæquè sunt illæ res,de quorum confinibus agitur,qui homines electi teneantur,& debeant,post eorum electionem,confines,& terminos ponere in illis,& super illis rebus,super quibus controuersia vertitur,& partes teneãtur ratum,& firmum habere,quòd per illos homines electos factum,& terminatum fuerit.

DE CVRATORE DANDO BONIS. RVB. XVII.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd si aliqua persona in iudicio comparuerit,dicens se velle agere,vel aliquid petere in bonis,& hæreditate alicuius defuncti,& iurauerit ad sancta Dei Euangelia,tactis manu scripturis,se ignorare,qui sint hæredes dicti talis defuncti ex testamento,vel ab intestato,quòd Iudex,coram quo comparuerit talis,teneatur,& debeat ad petitionē huiusmodi instantis,vel petere volentis aliquid contrà hæredes,vel hæreditatē,vel bona olim talis defuncti,committere Plazario citationem de hæredibus talis defuncti in genere; qui Plazarius de mandato Iudicis debeat ire ad domum,vbi consueuit habitare defunctus,& ibi alta voce citare hæredes in genere,si qui sunt,vel esse volunt hæredes talis defuncti,quòd tali die compareant coram tali Iudice responsuri de iure dicto comparenti; & si in termino citationis nullus pro hæredibus,vel qui dicat se hęredem,compareat,ipso petente,vel petere volente,& contumaciam dictorum hæredum in genere accusante,teneatur dictus Iudex ad petitionem talis petere volentis,facere proclamare semel,& bis,diuersis tamen diebus,publicè,& palàm ad Bancum iuris,& antè domũ vltimę habitationis defuncti,quòd quicunq; vellet esse hæres talis defuncti,vel eius bona defendere,comparere debeat coram eo responsurus de iure tali petenti,infrà terminum duorum dierum pro qualibet proclamatione,& hoc si fuerit in Ciuitate;si verò in comitatu,tunc debeat fieri talis proclamatio per Nuntiũ,seu Plazarium Communis Foroliuij,ad valuas Palatij; & in quolibet casu prædictorũ sufficiat,si proclamatio fiat de hęredibus,vel nomine appellatiuo,etiã si aliquis non reperiatur nominatim,& factis dictis proclamationibus,elapsis dictis terminis,si nemo comparuerit,vel dixerit se esse,vel esse velle hæredem talis defũcti,vel ipsius defuncti bona velle defendere,teneatur,& debeat dictus Iudex ad petitionem talis petentis,pronunciare talem hæreditatem vacare,& esse iacentem,& ipsi hæreditati,& bonis ipsius hæreditatis dandum esse Curatorem,vel Curatores,& facta dicta pronũciatione teneatur facere citari,& requiri sub nomine appellatiuo omnes,qui dicerent se creditores dictæ hæreditatis ad Bancũ iuris alta voce cum termino,arbitrio Iudicis,dando,& assignando in dicta pro-

clamatione;infrà quem terminum,si aliqui, se dicentes creditores, cōparuerint, teneatur,& debeat dictus Iudex cum voluntate,& consensu dictorum, qui se dicerent creditores,vel maioris partis eorum, eligere eius arbitrio vnum virum,& creare in Curatorem dictę hæreditatis,& bonorum,qui Curator teneatur,& debeat dictam curam acceptare,etiam inuitus,& ad ipsam acceptandam per Potestatem,vel alium Iudicem cogatur remedijs opportunis, & teneatur talis Curator facere inuentarium de bonis dictæ hæreditatis, & iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere,& dare idoneū fideiussorem vnum, vel plures de fideliter,& legaliter exercendo,& administrãdo, & dictam hæreditatem, & bona defendere; & seruatis prædictis habeatur talis Curator pro legitimo Curatore, nec possit contrà formam præsentis Statuti, vel personam ipsius Curatoris aliquid dici,vel opponi,& si oppositum fuerit, non audiatur opponens.

DE TVTORIBVS, ET CVRATORIBVS DANDIS PVPILLIS. RVB. XVIII.

QVIA iuris debito tenentur Prætores pupillis, & personis miserabilibus fauere,quorum pupillorum iura,& negocia, legum prouisione nō obstante,vt plurimùm malè procedunt,ipsorum commodo,& vtilitati,quantum est nobis possibile consulentes,ac prouidentes,præsenti Statuto firmamus,& ordinamus,quòd si aliquis pupillus,vel pupilla Ciuitatis, vel districtus Foroliuij habuerit aliquem Tutorem testamentarium, qui si sit solus, compellatur per Potestatem, vel alium Iudicem acceptare talem tutelam, & administrare secundùm voluntatem testatoris; quòd si de testatoris voluntate nō apparuerit,teneatur administrare,& regere tutelam modis,& formis infrascriptis;si autem plures Tutores habuerit testamentarios,ad minùs duo idonei cogantur dictam tutelam suscipere, & eius bona administrare, nisi tales Tutores, vel aliquis eorū habuerit legitimam,& iuridicam excusationem;si verò nullum habuerit testamentarium,& habuerit illum,vel illos,qui iustam, & veram excusationem habuerint,tunc per Potestatem,facta inquisitione,ad legitimos procedatur,hoc modo,videlicet,adhibitis coram se tribus consanguineis ex parte Patris proximioribus,& magis idoneis intrà quartum gradum tamen, vel tribus ex parte Matris proximioribus,si consanguinei ex parte Patris nō reperiantur idonei,intrà dictum quartum gradū, factaq; inuestigatione solemni, duos,vel vnum ex parte Patris, vel vnum, seu duos ex latere Matris idoneos ex dictis propinquis eligat in Tutores;si verò non reperirentur consanguinei proximi intrà dictum gradum,vel,licet reperirentur,essent tamen minùs idonei, & maximè quo ad mores,honestatem,& cōuersationē, tunc possit de propinquioribus etiam in gradibus remotioribus Iudex creare duos Tutores ex ea linea,in

qua vale-

qua valeant reperiri, siuè ex parte Patris solũ, siuè ex parte Matris tãtũ; si verò pp mortalitatẽ, vel aliũ casũ dictus pupillus, vel pupilla sit, ità cõsanguineis, & attinẽtib⁹ destitutus, vel destituta, qđ tantũmodo vnus idoneus supersit, ille solus p Iudicẽ eligatur; si verò nullus supsit legitimus, tũc Iudex, sub periculo animę ipsius, & pœnæ legalis, teneatur cautè, & solicitè inuestigare de amicis Patris ipsi⁹ pupilli, vel pupillę, & duos, vel vnũ saltẽ, ex magis idoneis, & q magis pupilli Patrẽ dilexerint, eligat, & decernat in Tutores, vel Tutorem, & electio Tutoris, vel Tutorũ aliter facta nõ valeat ipso iure; & quòd vnus Tutor, quãdo sunt plures, nõ possit absq; altero administrare. Verùm si cõtingat ipsos Tutores, vel aliquem eorum abesse à Ciuitate, & comitatu Foroliuij, teneantur constituere, & deputare actorem, vel actores, ipsorum tñ Tutorum, vel ipsius Tutoris, cõstituentiũ, vel cõstituentis periculo, & fortuna, sed ipsorum actorũ vnus non possit administrare sine alio, quando plures fuerint, & si fuerit vnus Tutor, & actor alterius Tutoris, similiter vnus sine alio administrare non possit, & idem intelligatur, si vnus esset de Ciuitate, & alter de comitatu: & prædicta forma eligendi Tutores locum habeat, vbi Mater pupilli existens vidua, & ætatis legitimæ, vel Auia paterna, etiam vidua non superessent: vbi autem talis Mater, vel Auia paterna superesset, vna ipsarum, si voluerit, primò Mater, deindè Auia paterna possit esse Tutrix, & sola possit administrare Tutelã, nisi petitũ fuerit ab aliquibus consanguineis ex parte Patris contutorẽ tali Matri, vel Auiæ adiungi aliqua causa suspicionis, vel alia legitima, & verisimili causa per eos Iudici ostensa, quod, an expediat pupillo, Iudicis officio, & arbitrio in hac parte relinquimus, & semper Mater idonea Auiæ præferatur. Qui electi, vt superiùs dictum est, omnes, & singuli compellantur per dictũ Iudicem medio iure acceptare Tutelã, & administrare in casibus prędictis; & pręstito Sacramento, manu tactis scripturis, teneantur facere inuentarium de omnibus, & singulis rebus, & iuribus, & creditis, seu debitis dictorum pupillorum, antequàm incipiant administrare, & dare fideiussores idoneos (exclusis à fideiussione prædicta Clericis, Iudicibus, Aduocatis, Procuratorib⁹, & Notarijs, & Potẽtioribus) de benè, legaliter, & solicitè tuendo, & defendendo personam, & res pupilli, vel pupillorum, inutilibus prætermisisis, & finita tutela, ac etiam singulis annis reddere rationem, iuxtà dispositionem sequentis Rubricæ, & omnia integraliter sine lite, vel cõtrouersia ipsi pupillo, facto adulto, vel ipsius pupilli hæredib⁹, si in pupillari ætate, vel antè redditã rationẽ moriatur, fideliter resignare, reddere, ac restituere cũ effectu, omni exceptione remota, & exclusa, sub obligatione omniũ bonorũ ipsorũ Tutorum, & eorum fideiussorũ, & sub pœna centum lib. bon. vltrà pœnas legales; hoc saluo, & intellecto, quòd in huiusmodi Tutelis Mater, & Auia paterna præferatur. Sed si Mater, vel Auia ad secundas, vel vlteriores nuptias cõuolare voluerint, teneantur sub pœnis legalib⁹ eis reddere rationẽ, & integrè reliqua restituere, postulatis tñ prius cum effectu alijs Tutorib⁹, excepto vitrico, quẽ nullo

modo deputandum esse Tutorem priuigno, vel priuignę, existentibus aliquibus consanguineis intrà decimum gradũ ipsius pupilli, vel pupillę, decernimus, aliàs tutela sit nulla ipso iure; & Mater, quæ talem Tutorem petijt, priuetur omni spe successionis, æquè, ac si nullum Tutorem petijsset. Item præsenti Statuto ordinamus, quòd dicta Mater, & Auia teneantur omnimodò, infrà duos menses computandos à tempore scientiæ mortis, tutelam sibi delatam acceptare, & se petere confirmari, reseruato semper iuris ordine inter Matrem, & Auiam, & pendente termino vni assignato, currat & alteri, & prędicta possint fieri tempore feriato, & omni loco honesto, ipso tamen Iudice sedente pro tribunali: & supradictis ordine, & forma non seruatis, datio tutelæ non valeat ipso iure, & nihilominùs qui administrauit, teneatur reddere rationẽ, & contrà eũ possit iurari in litem. Declarantes, quòd in casu finitæ tutelæ, & redditionis rationis Tutor, vel Tutrix non possit, sub prætextu compensationis, & crediti, quòd pretenderet cõtrà pupillum, bona ipsius pupilli, seu adulti mobilia, vel immobilia, & se mouentia retinere, sed ea omninò ipsi pupillo restituere, præter fructus, & redditus bonorum pupilli, quos retinere possit pro satisfactione sui crediti, reseruatis tãtùm fructibus, seu eorum fructuum parte, quæ sufficiat pro alimentis ipsi pupillo, seu adulto, Et Iudex teneatur ad petitionem cuiuscunquè petentis personaliter accedere ad domũ talis Matris, vel Auiæ, & ipsam Tutricẽ confirmare, & authoritatẽ suam pstare, & interponere secundũ formã iuris, & psentuũ Statut.

DE RATIONE REDDENDA PER TVTORES, ET CVRATORES SINGVLIS ANNIS. RVB. XIX.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd omnes Tutores, & Curatores ad negocia, instantibus pupillis maioribus decennio, vel adultis, vel aliquo ipsorum consãguineo, vel affine intrà secundum gradum, secundùm legem canonicam, teneantur singulis annis reddere debitam rationem suæ administrationis coram duobus probis viris, vel pluribus, prout partibus videbitur, electis, præsentibus tamen ipsis pupillis, si infantiam excesserunt, vel adultis, ac etiam in præsentia duorum ex proximioribus consanguineis magis idoneis ipsorum minorum, videlicet vno ex parte Patris, altero ex parte Matris; qui tamen sint maiores vigintiquinque annis; & si tot, vel tales non inueniantur, tunc deputentur à Iudice alij duo probi viri, qui intersint dictæ rationi reddendæ, quæ redigatur in scriptis, vt semper de ea constare possit, & si apparebit tales Tutores, siuè Curatores remanere debitores, cogantur iuris remedijs omne, quod debent, inuestire in tot bonis stabilibus, vel annuis censibus ad vtilitatem dictorum minorum;

minorum; quæ si perfecerint, & bonam reddiderint rationem, in tutela, siuè cura remaneant, aliàs remoueantur, & sufficienter ipsis minoribus à Iudice prouideatur. Declarantes tamen, quòd per dictā rationem supradicto, vel alio modo redditam, durante tutela, vel cura nullum præiudicium minoribus generetur, quin eorum administratores teneantur, tempore finiti officij sui, generalem, & finalem suæ administrationis reddere rationem, etiam si esset factum instrumentū iuratum quietationis, & redditionis computorum; & prædicta omnia vendicent sibi locum etiā in Curatoribus prodigorum, seu furiosorum.

QVOD TVTOR, ET CVRATOR POSSINT CONSTITVERE PROCVRATOREM. RVB. XX.

ITEM sequentes prudentē dispositionem Constitutionū Prouinciæ decernimus, quòd quælibet persona, quæ administraret negocia aliena, vt putà Tutor, Tutrix, vel Curator adulti, furiosi, bonorum, litis, vetris, hæreditatis iacentis, & prodigi possint, etiam sine solemnitatibus necessarijs in minorū contractibus, antè litis contestationem, in causis prædictorum, quorum sunt Tutores, vel Curatores, constituere Procuratorem ad lites, & causas tantùm, etiam cū clausula substituēdi, prout possent veri Domini ad iudicia, & contrà tale mādatū Procuratoris nulla admittatur exceptio, dummodò de cura, & tutela legitimè constet, & instrumentum Procurationis in forma expositum legitimè appareat.

DE DANDO LITIS CVRATORE. RVB. XXI.

STATVIMVS, quòd si impuberi Tutorem non habenti, vel absenti à Prouincia, vel furioso, vel prodigo, vel mētecapto, vel surdo, vel muto sui iuris existentibus, & Curatorem generalem nō habentibus, dandus sit Curator, seu defensor litis illatæ, vel inferendæ in quemlibet eorum, talis ordo, & modus seruandus sit. Ad instantiam enim mouentis, seu mouere litem intendētis coram Iudice competenti, citari debeant duo agnati, vel cognati, iuxtà dispositionem Rub. de modo citandi, & in ius vocandi. Si verò nullum agnatū, vel cognatum habuerit, Iudex ex officio prouideat, & prouidere debeat de dicto litis Curatore, qui sit de numero Procuratorum Ciuitatis Foroliuij, qui à Iudice possit cogi ad suscipiendam dictam curam, ob quam possit recipere honestam, & debitam mercedem, in, & de bonis illius, ad cuius curam, & defensioné deputatus est Curator; interea dictus Curator teneatur bona fide, ac summa diligentia, ea agere in huiusmodi cura, quę ad eius officium spectabunt, & pertinebunt, iuxtà terminos iuris. Pubes autē minor annis viginti sui iuris, qui nō sit furiosus, prodigus, mētecaptus, surdus, & mutus citari etiam debeat ad petēdum

 sibi proui-

sibi prouideri de Curatore idoneo, cum cōminatione; quòd si ab eo secùs factū fuerit, tunc Iudex possit, illo ampliùs non requisito, ei de idoneo Curatore prouidere, vt suprà; si quis verò agere, vel conuenire voluerit filiumfamilias minorem annis viginti, satis est citare eum, vti legitimum administratorem, in cuius potestate est; si verò maior annis viginti sit, seruetur Rub. de qua infrà. Quod filijfamilias possint iudicijs interesse sine consensu Patris. Interim dùm prædicta fiunt, tempora non currant in præiudicium partium, sed in suspenso remaneant virtute præsentis Statuti.

QVOD MARITI POSSINT LITIGARE PRO VXORIBVS. RVB. XXII.

LICET Maritus sit legitimus administrator rerum, & bonorum Vxoris, tamen ad maiorem cautelam statuimus, quòd Maritus etiam sine mandato Vxoris possit in causis ipsius Vxoris, tàm in agendo, quàm in defendendo in iudicio comparere, & ipsas causas agere, & agitare vsq; ad diffinitiuam sententiam, & executionem ipsarum inclusiuè, & à sententia, vel à sententijs appellare; & quando opus sit super eisdem causis compromissum, vel compromissa facere, & omnia alia, quæ ad ipsas causas quomodolibet pertinent facere, prærerquàm si contigerit Maritum dirigere velle iudicium aliquod contrà consaguineos eiusdem Vxoris vsq; ad secundū gradum inclusiuè secundùm ius canonicum, quo casu volumus dictum Maritum non posse sic agere sine expresso mandato ipsiusmet Vxoris; saluo tñ, quòd si Iudici constet in aliquo casu Vxorē magis esse informatam, meliùsq; super illis causis noscere veritatem, tunc Iudici liceat ab ipsa inuestigare veritatem, possitq; eam cogere ad respōdendum positionibus, & interrogatorijs, cum interuentu tamen sui Procuratoris.

QVOD FILII FAMILIAS POSSINT IVDICIIS INTERESSE SINE CONSENSV PATRIS. RVB. XXIII.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd filijfamilias mares, vel fœminæ maiores viginti annis, comprehēdendo quemlibet patriæ potestati suppositū, possint, & quilibet possit per se, & eorum Procuratores in iudicijs interesse, vel interuenire agendo, excipiendo, siuè defendendo causa, & occasione contractuum, vel quasi contractuum ad se pertinētium, vel ab eis gestorum, & masculi etiam nomine Procuratorio aliorum, nec possit eis opponi, quòd nō sint integræ

personæ,

personæ, nec ætatis legitimæ ad iudicium agitãdum, minũsq; possit in causa, cũ eis in iudicio agitata, opponi exceptio nullitatis, licèt patris assensus, & volũtas non interuenerit in dicto iudicio, quia consensum, & authoritatem paternam de cætero in talibus iudicijs minimè necesse requiri volumus. Ex huiusmodi tamen iudicijs cum filijsfamilias, absq; expresso consensu Patris, nullum fiat Patri præiudicium, nec fiat executio contrà Patrem, vel eius bona, in eo casu, quo ẽt ipsi Patri aliqua resultasset vtilitas ex eisdem contractibus, vel quasi contractibus, vel alio actu habito cum filio, & presens Statutum, eiusquè dispositio vẽdicet sibi locum in filijsfamilias maioribus viginti annis, & in quolibet alio maiore similiter viginti annis. Declarantes tamen per hoc Statutum non esse derogatum alteri, sub Rub. de contractibus factis cum filiofamilias.

DE SALVIANO INTERDICTO. RVB. XXIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd qui in Saluiano interdicto obtinuerit, etiam contrà tertium possessorem, si tñ priùs excussioné fecerit contrà principalé debitoré, iuxtà dispositioné Rub. de excussionib⁹, transactis à die possessionis adeptæ sex mensibus, possit, & valeat petere, & obtinere rem ipsam, cuius possessionem adeptus fuit, subhastari, & ad publicum incantum poni, & deliberari plus offerenti, siuè sibimet ipsi creditori insolutum assignari, si nemo quicquã obtulerit, prout proceditur in pignore ad instãtiã creditoris ablato. Addentes remedium huiusmodi interdicti etiam dari pro legato, non solum cõtrà hæredem; sed etiam contrà quemlibet tertium possessorem.

QVOD EXCEPTIONES NON IMPEDIANT LITIS CONTESTATIONEM. RVB. XXV.

CVPIENTES, vt æquum est, quàm citiùs, finem imponere litibus, icircò statuimus, & ordinamus, quòd vbi in quacunque causa ciuili, vel mixta, ordinaria, vel extraordinaria, vel delegata, oppositæ fuerint aliquæ exceptiones dilatoriæ, peréptoriæ, vel mixtæ, quæ nõ impediũt litis ingressum, seu aliqua emerserint incidentia, quç possent retardare litis progresũ, tales exceptiones sint terminandæ, & cognoscendæ tempore ferendæ sententiæ super negocio principali, saluo, quòd si data fuisset aliqua exceptio contrà personã interuenientem in iudicio nomine alterius, vt putà, quòd nõ haberet mandatum: & si dictæ exceptiones, seu incidentia reseruari non possent, tunc terminari debeant à

beant à Iudice intrà sex dies vtiles immediatè sequentes à die oppositionis, & si pro decisione dictarum exceptionum aliquid probare oppreuerit, id fieri mãdamus intrà primos tres dies dictorum sex dierum vtilium summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sed quia exceptio maioris excõmunicationis de iure potest opponi in qualibet parte litis, etiam post sententiam, tùm propter participationis periculum, tùm propter excommunicatorum odium, statuimus, quòd, cum ea in vim dilatoriæ opponatur contrà actorem, vel eius Procuratorẽ, secundùm Decretalem, pia. de except. lib. vi. ipsam opponens probare debeat infrà octo dies coram Iudice competenti, secundùm formam Decretalis prędictę, & de ipsa probatione, infrà secundum diem post dictos octo dies, fidem facere Iudici, coram quo vertitur principalis quæstio, quòd si facere prætermiserit, & ipsam exceptionem non probauerit, in expensis alteri parti condemnetur.

DE CAVILLOSIS, ET CALVMNIOSIS EXCEPTIONIBVS REFRENANDIS. RVB. XXVI.

GENERALIVM Constitutionũ seriem amplectentes, statuimus, qđ friuolæ, cauillosæ, & calumniosæ exceptiones nullatenùs opponantur, & si oppositæ fuerint, minimè admittantur, & maximè illæ, per quas negetur Paternitas, Maternitas, filiatio, fraternitas, Vxuratio, seu Matrimoniũ, Pręlatura, seu possessio Prælaturæ, vel illum (cuius manu apparet publicum instrumentum) fuisse, & esse Notarium, vel aliæ similes; & si huiusmodi exceptiones inuenirentur non veræ, sed calumniosæ, statim hoc comperto, opponens cõdemnetur aduersæ parti in expensis, & eas reficere cum effectu compellatur, & in decem libris bonenorum condemnetur, & quando Iudici videbitur, tales defensiones, & exceptiones reijcere, hoc possit, & eis non obstantibus, ad vlteriora procedere, pro vt sibi magis videbitur.

DE POENA PETENTIS PLVS DEBITO. RVB. XXVII.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd si quis corã Iudice in iudicio petierit, vel peti fecerit, vel mandauerit plus vera debiti quantitate, vel re, absq; iusta, & rationabili causa ignorantiæ, ab eo, quod plus petierit, cadat, & in tantum, quantum est id, quod plus petierit cõdemnetur. Item, quòd petens, vel peti faciens, vel mandans cum effectu scienter in iudicio debitum iam solutum, & quod iam ipsi petenti, vel alteri pro eo, vel eius antecessori, vel alteri de mandato Iudi-

dato Iudicis cum cognitione causæ sit quomodocunquè satisfactum, nisi pariter iustam habeat causam ignorantiæ, tàm quoad solutionem factam alteri personæ, quàm sibi, in duplum eius, quod petitum erat condemnetur, vltrà quod cadat à petitis.

DE PRÆSCRIPTIONIBVS. RVB. XXVIII.

QVIA multorum conquestione comperimus, quòd multi Iudæi, & alij vsurarij vsurarios cōtractus varijs titulis extorquent à Christianis, & ne dùm per eorum voraginem sortem exigunt, & vsuras, sed etiā post aliquod elapsum temporis spatium, mortuo eo, qui forsan soluerat, vel ipsorum culpa, non valente remissionem, vel solutionem ostendere, quam confecerat, vel obtinuerat fortasse absq; Notario, & testibus, iterùm exigunt iam solutum; cui morbo volentes opportunam adhibere medelam, statuimus, quòd contrà quemlibet contractum cuiuscunq; Iudęi, vel cuiuscunq; etiam Christriani vsurarij, qui in iudicio produceretur in publicam formam, siuè probaretur per testes, si sex anni completi, numerandi à die maturati debiti in futuris, & iam maturatis cōtractibus, elapsi sint, talis Iudæus, vel vsurarius huiusmodi instrumentum producens, vel per testes probare intendens, siuè etiam cessionarij quicunq; eorum, nullam obtinere possint satisfactionem, & effectum, immò contrà ipsum contractum, siuè instrumentum pręscriptionem sex annorum concedimus, qua præscriptione obiecta, vel non obiecta, petitio super indè facta contractus, & instrumentum huiusmodi Iudæorum, & vsurariorum repellatur, & viribus omninò careat, non obstante, quòd iuramento fulcitum esset, illud enim fictitium, dolosum, & simulatum post dictum tempus solutionū, præsumi volumus. Huic Statuto prouidè adijcientes, ac matura deliberatione pensantes, quòd vigilantibus, & nō dormientibus ius scriptum est, & quòd pręscriptio ad finem tollēdi lites inuenta est, ordinamus, quòd si quis etiam non vsurarius habuerit creditum, vel ius aliquod agendi, aut petendi, etiam per officiū Iudicis, descendens, siuè ex contractu, siuè ex quasi contractu, ex testamēto, vel alijs vltimis voluntatibus, siuè ex quauis causa, & occasione; quod quidē creditum, vel ius ad ipsum spectans probetur, atq; probari possit, vel per instrumētum publicum, vel per chirographum priuatum, iurata, vel non iurata, vel per libros Mercatorum, & apothecarum, seu per testes, & huiusmodi creditum, vel ius ipse creditor, seu quasi, vel eius hæres nunquàm per tempus decem annorum petierit iudicaliter, siuè ad computum illi nihil interim traditum fuerit à die solutionis sibi, vt suprà faciendæ computando, habita semper ratione vltimæ paghæ, inter plures, siuè annales, vel quomodolibet promissas, si de die solutionis,

lutionis,vel solutionum conuentum fuerit;sin minùs,à die celebrati contractus, vel à die mortis testatoris respectiuè,assertus creditor,vel eius hæres,verisimilē tamē habens notitiam de credito,si petat,vel agat post dictum tempus, nec audiatur,nec audiri possit à quouis Iudice,& illi denegetur audientia,& huiusmodi instrumēta, testamēta,Mercatorū libri,& scripturę omni probatione careāt; hæcq; locum habeant etiam in sententijs, & præceptis cum causæ cognitione super debito latis,& factis,& in quibuscunq; obligationibus,vel quasi quomodolibet contractis,seu creatis,tàm occasione publici instrumenti,etiam cū clausula Camerali,vel testamenti,donationis inter viuos,laudi,sentētiæ,arbitrij,seu arbitramenti,codicillorum,vel alterius vltimę voluntatis,quàm etiam per confessionem acceptatā in testamento appositam,iuramentoq; roboratam, vel alia quauis probatione;quòd si creditor tale debitum probare voluerit per testes,vel aliter ommissa probatione per instrumentum,pariter nullo modo audiatur, cōtrà enim quaslibet probationes, sicut contrà instrumentum debiti præscriptionem decennalem concedimus,vt præfertur incohandam, & iuramentum super dictis obligationibus quomodolibet interpositum censeatur dolo extortum, & nihil operetur:teneatur tamen qui cōtraxit debitum,si reperiatur,iurare,instāte creditore,se soluisse,& quæ dicta sunt de præscriptione locum non habeant cōtrà minores viginti quinq; annis,& alios, contrà quos iure communi non currit pscriptio,vel datur restitutio,nec in dotib⁹,& dotiū augumentis constitutis,legatis,& quocūq; modo dotis causa relictis,exigēdis,seu restituēdis ét à quocunq; hærede,siuè ipsius mulieris, siuè alterius,in quibus volumus obseruari ius commune . Addentes,quòd si quis allegaretur creditor ex operibus diurnis,famulatu,nutricione infantis,ex pactis,siuè regalijs per colonos partiarios in annis, vt moris est,debitis,vel Aduocatione,Procuratione,& Medicatione , p coctione panis,vel pro laborerio,aut factura alicuius fabricationis à fabris murarijs, lignarijs,ferrarijs,vel alijs similibus manualibus masculis,vel fœminis cuiusuis generis,& per tres annos continuos à die finitorum operum, famulatus, nutricionis,Aduocationis,& aliorum præstitorum, vt supra purificationis debitorū, & pactorum,siuè promissorum non petierit id , quod sibi debetur ex aliqua ex prædictis causis,post dictos tres annos elapsos ampliùs non audiatur,nec ius ei reddatur de prædictis,& instrumenta , & aliæ scripturæ, seu libri omni executione careant,sed virtute præsentis Statuti præsumatur solutum fuisse debitum, præstito tamen iuramento per debitorem vt suprà; cum non sit verisimile,quòd vltrà dictum tempus distulerit salarium suum , siuè mercedem postulare ; nisi tamen de confessione debitoris intrà dictum tempus facta appareret,nam eo casu præsens Statutum contrà allegatas mercedes cesset.

De Positio-

DE POSITIONIBVS, ET CAPITVLIS. RVB. XXIX.

STATVIMVS, quòd in quibuscunq; causis, ét criminalibus fieri, & produci possint positiones à principalibus, vel alijs mandatũ à lege, vel ab homine habentib⁹, & à pducente dictas positiones in causa iurãdũ sit p iuramentũ de calumnia: quæ quidẽ positiones sint, & esse debeant simplices, cõtinẽtes vnicum tantũ factũ, sin minùs, ét si responsũ fuerit, ipsa responsio sit nulla, & inualida, nisi ipsę positiones antè respõsionem diuisæ fuissent: & statim atq; dictæ positiones productæ sunt, admittantur, & admissæ intelligantur à Iudice, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, quibus impertinẽtibus, vel non admittendis, si responsum fuerit, ipso iure responsio sit nulla: & si tempore, quo dictæ positiones productæ sunt, responsurus præsens fuerit in iudicio, & coram Iudice, ab eo cogi possit, antequàm discedat, ad respondendum illis positionibus, quæ ex facto proprio pendent, sin minùs habeantur pro confessatis, vel negatis ad vtilitatem producentis, pro vt, eas haberi volumus; si verò absens, tunc relictis positionibus penès Notarium causæ, & citato responsuro semel in scriptis ad respondendũ dictis positionibus cũ iuramẽto calumniæ, cũ comminatione, quòd si non comparuerit, & non responderit dictis positionibus intrà spatium duorum dierũ vtilium proximè sequentiũ, tunc Iudex pro negatis, vel confessatis pronũciare possit. Responsio aũt danda dictis positionib⁹ sit, & esse debeat clara, & aperta, per verbum credit, vel non credit; si verò qui respõsurus sit dictis positionibus post litem motã discesserit à Ciuitate, vel districtu, absq; causa necessaria, tunc eius legitimo Procuratori, considerata loci distantia, & itineris longitudine, per Iudicem statuatur terminus ad respõdendum expensis respondere debentis, quo elapso, & nulla ipsis positionibus data responsione, habeantur pro confessatis, vel negatis; si verò discesserit antè litem motam, tunc, si Iudici placuerit, expectetur; sin minùs ei transmittatur copia positionum expensis ponentis, vel admittatur Procurator absentis ad respondendum, dando ipsi Procuratori copiam ipsorum positionum, vt possit se informare cum termino duorum dierum vtilium ad respondendum, quòd si intrà dictum terminum non responderit, habeantur pro confessatis, vel negatis in commodum, & vtilitatem producentis: & si mulier, minor, rusticus, vel persona idiota cogantur respondere positionibus, tunc tales cogi non possint ad respõdẽdũ, nisi cũ pſentia sui Aduocati, vel Procuratoris, qui eos suadere teneãtur ad veritatẽ dicẽdã, & si cõtingat aliquẽ infirmũ, vel honestã mulierẽ, vel aliquẽ in dignitate cõstitutũ respõdere positionib⁹, tũc ad eos trãsmittatur Notari⁹ cũ copia positionũ, q; delato iuramẽto, respõdeãt, si verò sit forẽsis, & habitet extrà Ciuit.

& districtum Foroliuij ille, qui debet respondere positionibus, teneatur personaliter comparere ad locum iudicij ad respódendum, & si hoc facere neglexerit, mittantur positiones ad locum, vbi talis forensis habitat expensis ipsius.

QVANDO, ET QVALITER SINT TESTES EXAMINANDI. RVB. XXX.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd Iudices, & Notarij, qui in posterùm examinabunt testes aliquos in Ciuit. vel districtu Foroliuij super quibuscunq; causis ciuilibus, mixtis, ét delegatis, seu criminalib⁹, teneátur, & obligati sint, postquàm, iuxtà formam iuris, iuratum fuerit per testes, dicta, & testificata testium scribi facere, vel scribere verè, realiter, & extensè per ordinem, sicut dicti testes deposuerunt, nec admittatur depositio illorum testium deponentium per verba ambigua, sed debeāt clarè, & apertè deponere quicquid sciunt de ijs, super quibus inducti sunt, & de quibus interrogantur, & si pars aliqua litigantium dixerit se habere probationem extrà Ciuitatē, seu districtum, & proptereà indigere prorogatione termini probatorij, seu reprobatorij, tunc Iudex, coram quo causa cognoscitur, teneatur concedere dictam prorogationem, si tamen petens ipsam prorogationem, vel eius Procurator, absente principali à Ciuitate, & districtu, iurauerit ad sancta Dei Euangelia non dolo, calumnia, nec animo litem longius protrahendi, prædicta petere, sed quia cognoscit se ad iustificationem causæ egere dictis probationibus, & petens teneatur nomina testium examinandorum, & locum Iudici nominare, qui Iudex, considerata loci distantia, & itineris longitudine, possit prorogare terminum probatorium, seu reprobatorium.

DE PROBATIONE FILIATIONIS, CONSANGVINITATIS, ET MORTIS. RVB. XXXI.

SI contingat in iudicio negari aliquem esse Patrem, Matrem, Auum, Auiā, Maritum, Vxorem, filium, vel filiam, fratrem, vel sororem, vel consanguineum vsq; in secundum gradum, secundùm ius canonicum, statuimus, & ordinamus ad id probandum, solū, & duntaxat esse necessariam, & sufficere probationem publicæ vocis, & famæ per duos testes idoneos, & fide dignos, & eadē probatio sufficiat ad probandum, quēdam esse mortuum, dummodò sit mortuus in Ciuitate, territorio, vel districtu Foroliuij.

DE DANDO COPIAM ACTORVM, ET CVIVS EXPENSIS. RVB. XXXII.

STATVIMVS, & ordinamus dandam esse copiam actorum, & instrumentorum, & scripturarum priuatarum productarum in iudicio parti aduersæ petenti, in executiuis sumptibus rei, in ordinarijs verò in prima instantia sumptibus actoris, in omnibus verò alijs instantijs sumptibus petentis, cum termino trium dierum vtilium ad excipiendum, & dicendum cõtrà quascunq; exceptiones competentes de iure, & Iudex debeat facere restituere eas, vel ea producenti, cum petat, & cogere Notarium ciuilem, & criminalem ad talem restitutionem instrumentorum, seu scripturarum, facta tamen per producentem recepta, & dummodò aduersarius nõ petat illas, seu illa registrari; nam tunc priùs debeant, expensis tamen petẽtis, registrari in libris actorum, ad hoc, vt huiusmodi registrũ sẽp apparere possit, & tale registrũ de mãdato Iudicis probet.

QVI NON POSSINT CAPI PERSONALITER. RVB. XXXIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd personaliter capi non possint pupillus, furiosus, mentecaptus, mutus, surdus, hæres alicuius, cui cõpetat beneficium legis, & inuẽtarij, Doctor legũ, siuè Philosophiæ, vel Artiũ, Eques, Comes Palatinus, & senex septuagenarius, nec aliqua mulier, nisi esset tabernaria cauponam exercens, hospitatrix, stabularia, lena, vel meretrix; similiter nullus capi possit personaliter, nisi debitum excedat summam librarum xxi. bon. excepta tamen causa suspicionis fugæ. Mandata etiam executiua ciuilia, nec realiter, nec personaliter possint exequi contrà quascunq; personas de nocte, scilicèt post sonum salutationis Angelicæ, nec ẽt in quibusuis diebus feriatis in honorẽ Dei, vel causa vendemiarum post exbãnitiones, aut ob recreationẽ hominũ, v3 dieb⁹ vltimis Lupercaliorũ. Nõ tñ prohibemus beneficiorũ, siuè iuris patronatus laicorum possessionẽ capi posse in prædictis quibusuis diebus feriatis.

NE QVIS IN DOMO PROPRIÆ HABITATIONIS PRO DEBITO CAPI POSSIT. RVB. XXXIIII.

CVM vnicuiq; tutissimũ sit refugium domus, ideò statuimus, & ordinamus, quòd nullus ꝓ quouis debito ẽt iurato, pro mandato Iudicũ Forol.

seu curiæ generalis, vel alterius Iudicis, in domo propria, vel conducta suæ solitæ habitationis capi possit, & si aliter fuerit factum, ipse captus statim pristinę libertati restituatur gratis vbiquè, & qui eũ capere fecit, teneatur in omnibus expensis occasione prædictæ capturæ, & hoc non habeat locum in debitis Cameralibus, Cõmunitatis Foroliuij, & locorum piorũ, nec pro suspicione fugæ, vel nisi aliter Illustriss. D. Legato, seu Rectori Prouinciæ pro tempore videretur in casibus à iure permissis.

DE SVSPICIONE FVGÆ. RVB. XXXV.

QVONIAM quãdoq; in mora modici tẽporis periculũ adest statuimus, qđ quilibet siuè Ciuis, siuè cõitatinus, siuè districtualis Forol. siuè forẽsis, qui bona ĩmobilia ad debiti satisfactionẽ sufficiẽtia ꝑ suis, & tãquã sua nõ possideat in Ciuit. cõitatu, vel districtu Forol. si suspectus de fuga dici, & fugitiuus iurari contingat, possit, & valeat, ẽt in domo propriæ habitationis, capi, detineri, & in carceribus publicis poni ad instantiã cuiuscuis; facta tamen priùs fide de debito prætenso per instrumentum, vel chirographum archiuiatum, licèt non recognitum, siuè per vnicum tantũ testem extrà iudicialiter iuratũ, susceptoq; etiam iuramento per instantẽ, talem debitorẽ cõditionẽ suã post cõtractũ deteriorasse, & ideò eũ habere suspectũ de fuga, & ipse debitor, sic iuratus suspectus, à detentione liberari nequeat, nisi præstita per eum idonea fideiussione de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, vel integrè facta satisfactione pro sorte, & expensis; exceptis tamen factis pro eleuatione suspicionis fugæ, ac pro captura, quas nolumus actorem repetere posse. Ordinamus tamen, quòd ille, ad cuius instantiam facta fuerit captura, teneatur, & debeat saltem infrà tres dies iuridicos à die dictæ capturæ (data, vel ne per captũ fideiussione prędicta) facere suam qualem qualem petitionem in iudicio, alioquin captus, citato creditore, obtinere possit relaxationem, & intelligatur liberatus fideiussor, si fuerit datus occasione prædicta.

DE SEQVESTRATIONIBVS. RVB. XXXVI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd quilibet Iudex competens Ciuitatis, vel districtus Foroliuij debeat, etiam absque aliquali cognitione causæ, ad cuiuscunquè requisitionem, committere, & mandare sequestrationem rei cuiuslibet mobilis, vel se mouentis, pecuniarum, & iurium, siuè

res seque-

res sequestranda fuerit propria sequestrari instantis, siuè prætensi debitoris, qui tamen nō possideat bona immobilia propria valoris prætensi debiti. Quilibet autem, in cuius manibus sequestratio huiusmodi fieri contigerit, teneatur, sub pœna debiti, & in sequestro cōminata, acceptare sequestrationē, resq; sequestratas retinere penès se, donec aliter per Iudicem prouisum fuerit. Si verò res ipsæ fuerint penès prętensum debitorem, vel aliam personam pauperem, siuè de dilapidando, vel trafugando suspectam, probata suspicione per iuramentum sequestrantis, & vnius testis, saltem deponentis extrà iudicialiter, talem esse suspectum, & haberi pro suspecto, tunc ab illo auferri, & in manib⁹ alterius idonei ad arbitrium Iudicis sequestrari valeant; sequestratioq; reuocari, vel remoueri nequeat, nisi præstita idonea fideiussione de iudicio sisti, & iudicatum soluēdo coram eodem Iudice, pro quantitate debiti, & expensis; vel de custodienda re sequestrata, illaq; restituenda, siuè præstanda, ad omne mandatum Iudicis; vel nisi aliter Iudici ex rationabili causa videatur; & prædicta omnia fiant expensis ipsius sequestrari petentis, nisi sequestratio fuerit facta ad effectum exigendi. Is verò, qui sequestrationem fieri obtinuerit, porrigere suam petitionem debeat pro liquidatione sequestrationis, saltem infrà trimestrem post factam sequestrationem, & iudicium terminare intrà semestrem, aliàs in aliquo non teneatur ipse sequester, minùsq; fideiussor præstitus, vt suprà, sequestratioq; ac fideiussio nulla, & pro nullis, & nulliter factis intelligantur, & habeantur; & iuramentum desuper adhibitum dolosè extortum præsumi volumus; si autem sequestrans, infrà dictum tempus, ab hoc sæculo migraret, siuè iusta, & legitima causa, vt putà, absentiæ, vel alia simili occasione impediretur, ne iudicium prędictum incipere, & terminare potuisset, tunc ei, vel suis hæredibus duplicetur dilatio prædicta, si petatur.

DE CARCERATIS ALENDIS. RVB. XXXVII.

ITEM statuimus, quòd detentus in carceribus ex causa ciuili, ad instantiam alicuius, si in carcere per quindecim dies continuos steterit, & non habeat vndè se alat, nec ascendentes, nec descendētes suos, nec alios, qui de iure tenentur alere, habentes facultates sufficientes ad ipsum alimentandum, quæ omnia esse vera mādamus stari iuramēto ipsius carcerati cum fide eius Parochi, vel alterius testis bonæ famæ, & conditionis arbitrio Iudicis, si tñ per creditorem contrarium non probetur; creditor ipse, ad cuius instantiam detentus fuerit per dictum tempus, cogi possit carcerato subministrare gratis quolibet die bononenos quatuor, vel plures arbitrio Iudicis pro eo alimentando, alioquin, si per tres dies continuos steterit creditor post interpellationem factam à carcerato, & non submini-

ſeu curiæ generalis, vel alterius Iudicis, in domo propria, vel conducta ſuæ ſolitæ habitationis capi poſſit, & ſi aliter fuerit factum, ipſe captus ſtatim priſtinę libertati reſtituatur gratis vbiquè, & qui eũ capere fecit, teneatur in omnibus expenſis occaſione prædictæ capturæ, & hoc non habeat locum in debitis Cameralibus, Cõmunitatis Foroliuij, & locorum piorũ, nec pro ſuſpicione fugæ, vel niſi aliter Illuſtriſs. D. Legato, ſeu Rectori Prouinciæ pro tempore videretur in caſibus à iure permiſſis.

DE SVSPICIONE FVGÆ. RVB. XXXV.

QVONIAM quãdoq; in mora modici tẽporis periculũ adeſt ſtatuimus, qđ quilibet ſiuè Ciuis, ſiuè cõitatinus, ſiuè diſtrictualis Forol. ſiuè forẽſis, qui bona ĩmobilia ad debiti ſatisfactionẽ ſufficiẽtia ꝑ ſuis, & tãquã ſua nõ poſſideat in Ciuit. cõitatu, vel diſtrictu Forol. ſi ſuſpectus de fuga dici, & fugitiuus iurari contingat, poſſit, & valeat, ẽt in domo propriæ habitationis, capi, detineri, & in carceribus publicis poni ad inſtantiã cuiuſuis; facta tamen prius fide de debito prætenſo per inſtrumentum, vel chirographum archiuiatum, licèt non recognitum, ſiuè per vnicum tantũ teſtem extrà iudicialiter iuratũ, ſuſceptoq; etiam iuramento per inſtantẽ, talem debitorẽ cõditionẽ ſuã poſt cõtractũ deterioraſſe, & ideò eũ habere ſuſpectũ de fuga, & ipſe debitor, ſic iuratus ſuſpectus, à detentione liberari nequeat, niſi præſtita per eum idonea fideiuſſione de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, vel integrè facta ſatisfactione pro ſorte, & expenſis; exceptis tamen factis pro eleuatione ſuſpicionis fugæ, ac pro captura, quas nolumus actorem repetere poſſe. Ordinamus tamen, quòd ille, ad cuius inſtantiam facta fuerit captura, teneatur, & debeat ſaltem infrà tres dies iuridicos à die dictæ capturæ (data, vel ne per captũ fideiuſſione prędicta) facere ſuam qualem qualem petitionem in iudicio, alioquin captus, citato creditore, obtinere poſſit relaxationem, & intelligatur liberatus fideiuſſor, ſi fuerit datus occaſione prædicta.

DE SEQVESTRATIONIBVS. RVB. XXXVI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd quilibet Iudex competens Ciuitatis, vel diſtrictus Foroliuij debeat, etiam abſque aliquali cognitione cauſæ, ad cuiuſcunquè requiſitionem, committere, & mandare ſequeſtrationem rei cuiuſlibet mobilis, vel ſe mouentis, pecuniarum, & iurium, ſiuè

res ſeque-

res sequestranda fuerit propria sequestrari instantis, siuè prætensi debitoris, qui tamen nō possideat bona immobilia propria valoris prætensi debiti. Quilibet autem, in cuius manibus sequestratio huiusmodi fieri contigerit, teneatur, sub pœna debiti, & in sequestro cōminata, acceptare sequestrationē, resq; sequestratas retinere penès se, donec aliter per Iudicem prouisum fuerit. Si verò res ipsæ fuerint penès prętensum debitorem, vel aliam personam pauperem, siuè de dilapidando, vel trafugando suspectam, probata suspicione per iuramentum sequestrantis, & vnius testis, saltem deponentis extrà iudicialiter, talem esse suspectum, & haberi pro suspecto, tunc ab illo auferri, & in manib' alterius idonei ad arbitrium Iudicis sequestrari valeant; sequestratioq; reuocari, vel remoueri nequeat, nisi præstita idonea fideiussione de iudicio sisti, & iudicatum soluēdo coram eodem Iudice, pro quantitate debiti, & expensis; vel de custodienda re sequestrata, illaq; restituenda, siuè præstanda, ad omne mandatum Iudicis; vel nisi aliter Iudici ex rationabili causa videatur; & prædicta omnia fiant expensis ipsius sequestrari petentis, nisi sequestratio fuerit facta ad effectum exigendi. Is verò, qui sequestrationem fieri obtinuerit, porrigere suam petitionem debeat pro liquidatione sequestrationis, saltem infrà trimestrem post factam sequestrationem, & iudicium terminare intrà semestrem, aliàs in aliquo non teneatur ipse sequester, minùsq; fideiussor præstitus, vt suprà, sequestratioq; ac fideiussio nulla, & pro nullis, & nulliter factis intelligantur, & habeantur; & iuramentum desuper adhibitum dolosè extortum præsumi volumus; si autem sequestrans, infrà dictum tempus, ab hoc sæculo migraret, siuè iusta, & legitima causa, vt putà, absentiæ, vel alia simili occasione impediretur, ne iudicium prędictum incipere, & terminare potuisset, tunc ei, vel suis hæredibus duplicetur dilatio prædicta, si petatur.

DE CARCERATIS ALENDIS. RVB. XXXVII.

ITEM statuimus, quòd detentus in carceribus ex causa ciuili, ad instantiam alicuius, si in carcere per quindecim dies continuos steterit, & non habeat vndè se alat, nec ascendentes, nec descendētes suos, nec alios, qui de iure tenentur alere, habentes facultates sufficientes ad ipsum alimentandum, quæ omnia esse vera mādamus stari iuramēto ipsius carcerati cum fide eius Parochi, vel alterius testis bonæ famæ, & conditionis arbitrio Iudicis, si tñ per creditorem contrarium non probetur; creditor ipse, ad cuius instantiam detentus fuerit per dictum tempus, cogi possit carcerato subministrare gratis quolibet die bononenos quatuor, vel plures arbitrio Iudicis pro eo alimentando, alioquin, si per três dies continuos steterit creditor post interpellationem factam à carcerato, & non

submini-

ſubminiſtrauerit, tunc per Iudicem à carcere relaxetur, non autem à debito liberetur. Mandãtes inſuper, quòd fiat, & procedatur in cauſis ciuilibus, vel criminalibus pauperum, & miſerabilium, iuxtà tenorẽ, & continentiam Cõſtitutionis Magalotti in titulo de pauperibus, & iuxtà tenorem Georginę de pauperibus, & Aduocato eis dando, non obſtante aliquo abuſu in contrarium.

DE CVSTODE CARCERVM FOROLIVII. RVB. XXXVIII.

SIT cuſtos carcerũ Forol. foréſis, pſonaq; timoratæ cõſcientiæ, qui eligatur à congregatione ſocietatis Charitatis, & ad nutũ ipſius reijci in dies poſſit, ſi malitia, ineptitudo, vel dolus in ipſo ab eadẽ congregatione cognoſcatur, vel iudicetur; teneaturq; carceres purgare, & carceratos ſępè viſitare, illiſque cum pietate inſeruire, Superioribuſq; debitam obedientiam, ſicut etiã officialibus Charitatis reſpectiuè, in concernentibus officium ſuũ, præſtare; ſitq; in omnibus fidelis, & capitula eiuſdem officij ſui integrè adimpleat, & obſeruet; & ſi aliquis miſerabilis ad inſtantiam officialium Charitatis à DD. Gubernatore, ſiuè Conſeruatoribus, vel Prætore relaxari gratis ordinetur, non contradicat, nec aliquid à ſimilibus perſonis ratione relaxationis pretendere valeat ad impediendam eorum liberationem. Declarantes ipſum cuſtodem non poſſe conſequi aliquid ratione alimentorũ carceratis præſtitorũ contrà diſpoſitionẽ dictorũ cap. In reliquis autẽ ſciat teneri ad obſeruationem inuiolabilẽ Conſtitutionis Prouinciæ ſuper huiuſmodi officio editæ cap. trigeſimo quinto libri ſecũdi.

DE RECVSATIONE NOTARIORVM. RVB. XXXIX.

STATVIMVS quemlibet Notariũ cuiuſuis Iudicis ordinarij, extraordinarij, vel delegati à Principe, ſeu Rectore Prouinciæ, vel quouís alio, ſiuè etiam compromiſſarij, vel in ciuilibus, vel in criminalib⁹ cauſis, ſiuè mixtis inter Ciues Foroliuij, vel etiam forenſes in Ciuitate Foroliuij iudicantis, poſſe in qualibet parte iudicij vſq; ad concluſionem in cauſa, aut habita pro concluſa, recuſari, & iurari ſuſpectum per quamlibet partem litigantium, & ſufficiat iuramentũ in actis præſtitũ partis, Tutoris, vel Curatoris, ſeu Procuratoris: qui Notarius, vt ſuprà ſuſpectus allegatus, ſi non habeat officium titulo oneroſo, remoueatur à Iudice, & in eius locum alius probus Notarius non ſuſpectus partibus deputatur, ſiuè eligatur; ſi verò habeat officium titulo oneroſo, detur ei adiunctus expenſis petentis, & Notarius electus non poſſit ampliùs recuſari, vel iurari ſuſpectus, & ſolus rogetur de actis, proceſſu, & ſententia illius cauſæ.

De Turba-

DE TVRBATA POSSESSIONE. RVB. XXXX.

HOC præsenti Statuto decernimus, quòd nulla persona cuiuscunq; gradus, & qualitatis, ac conditionis existat, audeat propria authoritate, sub quouis prætextu rem immobilem actualiter apud alium existentem, inuadere, siuè possessionem alicuius turbare, vel possessori resistere, nec ius sibi in eadem dicere liceat, sed super ea competentem Iudicem adire teneatur: & si contra factum, vel mādatum fuerit, id totum, ex nunc nullum, & irritum declaramus cum omnibus indè sequutis, & vltrà rei possessionem restituendam ipso iure, & damni satisfactionem, turbationisq; cassationem, & iuris turbantis, si qd habebat, amissionem in odium inuasoris, & violenti spoliatoris, sciat incurrisse ipso facto pœnas bannimentorum generaliū, à quibus excusari nō possit sub ꝑtextu alicuius tituli. Adijciētes tn̄, qd̄ si occupator, & inuasor, siuè vetū possessorē admittere negans, vel illi quomodolibet resistens, redeuntē illum, ēt infrà octo dies à die moræ litis, pœnitentia ductus, admiserit, & pro possessore recognouerit, damna, & expensas restituerit, cōcedatur gratis abolitio pœnę indictę, siuè querelæ super inde porrectæ.

QVOD NON POSSIT FIERI PACTVM DE QVOTA LITIS. RVB. XXXXI.

ITEM ad cohibendā cupiditatem Aduocatorum, & Procuratorum, præsenti Statuto firmamus, quòd nullus Aduocatus, vel Procurator audeat, vel præsumat directè, vel indirectè cum aliqua persona, collegio, vel vniuersitate pacisci de aliqua quota litis, vel parte rei, nec de victoria alicuius litis, magni, vel parui momenti, siuè sub certo pretio promittere victoriam, neq; reum, & actorem simul defendere: & si contrà factum fuerit, tale pactum, etiam quacunq; obligatione, vel iuramento vallatum, ipso iure non valeat, & nihilominùs talis Aduocatus, vel Procurator, vt suprà paciscens ꝑ qualibet vice ipso facto incurrat pœnam librarum centum bonenorum Prouinciæ Romandiolæ, & insuper infamiæ pœnæ subijciatur, & ab officio suspendatur cuiuslibet Iudicis arbitrio.

VICTVS VICTORI IN EXPENSIS CONDEMNETVR. RVB. XXXXII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd in qualibet causa ciuili, criminali, vel mixta semper victus victori in expensis condemnetur, & condemnatus censeatur non obstante iuramento de calumnia, vel quouis alio iuramento per partes præstito, & quotiescunq; victus à Iudice nõ fuerit expressè absolutus ab expensis, tunc ipso iure intelligatur vigore p̃sentis Statuti in expensis condemnatus, tàm in executiuis, quàm in ordinarijs, & in executionem sententiæ peti possint dictæ expensæ, ac si in ea victus in illis condemnatus fuisset, & hæc omnia habeant locum in sententia lata, vel ferenda in prima, ac in secunda instantia, in qua quidem secunda instantia, nisi ob euidentem causam dictus victus non possit excusari à dictis expensis.

DE CONFESSIS. RVB. XXXXIII.

SI quis in iudicio conuentus per se, vel legitimum eius Procuratorem antè litis contestationem, vel in ipsa litis contestatione confiteatur se aliquid debere alicui, etiam virtute instrumẽti iurati, tunc Iudex, coram quo prędicta aguntur, præcipere teneatur cõfitenti, vel eius Procuratori, absq; alia sententia, quòd soluat id, quod confessus est se debere, intrà terminum quindecim dierum continuorum, nisi quantitas, & qualitas debiti maiorem dilationem postularet, quod relinquatur arbitrio Iudicis, qui dare possit terminũ triginta dierum similium, quibus terminis elapsis, si debitor non soluerit, grauetur pro sorte, & pro expensis realiter, & personaliter. Verùm si post litem contestatã conuentus confiteatur, vt suprà, Iudex intrà triduum vtile teneatur per sententiã diffinitiuam condemnare confitentem in eo, quòd cõfessus est, & in hoc casu intelligatur ipso iure renunciatum omnibus dilationibus iuris, & Statuti. Addijciẽtes confessionem huiusmodi iudicialem afficere etiam minorem vigintiquinq; annis, maiorem tamen viginti, absq; solemnitatibus, de quibus in Rub. de modo, & forma seruanda in contractibus minorum.

QVOD CAVSÆ IN PRIMA, ET QVANDO IN SECVNDA INSTANTIA COGNOSCANTVR, ET TERMINENTVR IN CIVITATE FOROLIVII. RVB. XXXXIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd omnes causæ, tàm ciuiles, quàm criminales, & mixtę inter Ciues, comitatinos, ac districtuales Foroliuij vertẽtes in

tes in prima instantia per DD. Gubernatorem, Prętorē, & alios Iudices respectiuè cognoscantur, & terminentur in eadem Ciuitate per Iudices ipsius Ciuitatis, nisi per Summum Pontificem, seù Illustrisſ. D. Legatū de latere Prouincię specialitèr, & expresſè auocatæ, seù alij, vel alijs commissæ fuerint, sub pœna nullitatis ipsarum sententiarum, ac etiam processuum. Et quia temerè litigantium abusus inoleuit, vt quoties in formādo, seù fabricando processu intèr litigantes contingat articulum, seù emergens aliquod oriri, ob quod necessaria est interlocutoria Iudicis, pars altera contradicendo tunc instat pro sententia in causa pñli, & Iudex in huiusmodi casu assolet supèr vtroq; seù supèr omnib. partes monere. Nos verò animaduertentes huiusmodi monitiones ansam pbere Iudicib. diffinitiuè supèr pñli, & tota causa pronunciandi, ne sportularum, & cognitionis causæ pñlis iacturā faciant, prout contingeret, si supèr emergenti, & articulo pronunciando pars appellaret, quod multotiès in graue damnū partis bonū ius fouētis resultat. Ideò huic morbo medelā adhibētes statuimus, & ordinamus deinceps Iudices debere in huiusmodi casibus monere, & pronunciare supèr articulo, seù emergēti illo tm̄, & nullatenùs cōiungere, seù vnire monitiones huiusmodi, sub pœna nullitatis quo ad partē instantē p sentētia diffinitiua in pñli negocio, & amissionis sportularū, quo ad Iudicē. Itē p minori litigātiū dispēdio causas primarū appellationū, reclamationū, nullitatū, reductionū ad arbitriū boni viri, & restitutionū in integrū, hoc est à sētēijs p Prætorē Ciuit. ac p Prætores castrorū Petræ Apij, Flumanæ, & Rocchę Elmicis, p officiales balię, & dāni dati, p Equitē Custodię, & p quoscunq; Arbitros, Arbitratores, seù amicabiles cōpositores, siuè à partib. cōcorditèr electos, siuè deputatos intèr cōsāguineos, iuxtà Rub. proximè sequētē, cognosci, & terminari decernimus in eadē Ciuit. ab Aduocato Cōmunit. quē in his causis cognoscēdis sine tā sport. pceptione Iudic. deputamus.

DE COMPROMISSIS FACIENDIS INTER CONIVNCTOS. RVB. XLV.

ORDINAMVS, ac statuimus, qđ si aliqua lis, discordia, causa, q̄stio, vel cōtrouersia orta fuerit, vel orietur intèr aliquos intèr se agnatos, vel cognatos vsq; ad tertiū cōsanguinitatis, vel intèr affines vsq; ad secūdū gradū affinitatis inclusiuè, cōputādo gradus secūdū legē canonicā, causa, vel occasione hæreditatis, vel diuisionis bonorum, vel quacunq; alia causa, Iudex debeat, instante altera parte, antè cōclusionē in causa ipsos litigātes, & cōtēdētes psonalitèr, & realitèr, pœna eius arbitrio imponēda, cogere ad cōpromittēdū de ipsa lite, q̄stione, vel causa, de iure, & de facto in pcedēdo, & de iure tātū in sentētiādo, in vnū, vel plures Arbitros, seù Arbitratores ab ipsis partibus cōmunitèr eligēdos, qui teneātur, & debeant ipsas lites q̄stiones, seù cōtrouersias terminare, & diffinire; & si ipsi Arbitri, seù Arbitratores cōcordes nō fuerint, pdicti Arbitri habeant facultatē eligēdi tertiū, antè tamèn latum laudū, qui oēs postèa insi-

mùl, vt suprà dictũ est, debeant dictas lites, & cõtrouersias cognoscere, & terminare, & deffinire; & prædicta si nõ fuerint obseruata, processus sit nullus. Et tamèn hæc omnia supradicta obseruentur, dummodò debitum, de quo esset, vel erit quæstio, lis, vel controuersia intèr tales, non appareret liquidum, quo casu hoc præsens Statutum sibi non vendicare locum mandamus.

DE CONSILIO SAPIENTIS CONCEDENDO. RVB. XLVI.

VT causæ, & lites in Ciuitate Foroliuij quantùm per Nos fieri potest iustiùs, & secundùm iuris, & Statutorum dispositiones terminentur, statuimus, & ordinamus, quòd in qualibet causa ordinaria, quæ excedat summam librarum centum, quilibet Iudex dare, & concedere teneatur cuilibet petenti consiliũ sapientis post conclusum in causa, & non antè, & secundũ illud pronunciare, ac sententiã proferre. Quando autèm quis petit consilium sapientis, debeat, citata parte per citationẽ in scriptis, instare apud Iudicẽ, vt eligatur consultor iuris peritus in Ciuitate Foroliuij, vel extrà, qui supèr cõtrouersia intèr ipsos litigãtes veriẽte cõsulet, & de iure respõdeat, quis litigãtiũ bonũ ius foueat, iuxtà dispositionẽ Statut. seù Cõstitutionis Ægidianæ, vel iuris cõmunis; nec nõ ipse instans debeat porrigere Iudici cartulã, in qua sint descripti cõfidẽtes, & suspecti, & in termino ꝑdictæ citationis, teneatur pars citata dare similitèr cõfidẽtes, & suspectos; & si partes in vno cõueniant, ille sit, & intelligatur electus, & si in plures cõueniant, vnus eligatur arbitrio Iudicis, vel plures, si partes cõueniant, & si partes nõ cõueniant, vnus eligatur arbitrio Iudicis, qui nõ sit de cõfidẽtib. nec de suspectis, nec de Aduocatis cuiuslibet partis, nec de agnatis, nec cognatis intrà secũdũ gradũ de iure canonico. Si verò pars citata nõ dederit ꝑdictã cedulã, tunc eligatur arbitrio Iudicis vnus, vel plures ex confidentibus nominatis à parte petẽte dictũ cõsiliũ. Et talis petens cõsiliũ teneatur ad Cõsultorẽ suis sũptib. mittere processũ, & scripturas ad causã cõcernẽtes, & similitèr soluere salariũ secũdũ ꝑsentẽ taxã, vst à scutis centũ infrà, scutũ vnũ, à cẽtũ verò vsq; ad ducentũ, scuta duo, à quingentis vsq; ad quamcunq; summam, scuta quatuor, & nõ plus; salariũ autẽ duplicetur quãdo deputatũ fuerit Collegiũ, iuxtà dispositionẽ Magaloti; & si altera pars voluerit dare scripturas faciẽtes ad sui fauorẽ, vel informationes in iure, possit ꝓprijs sũptibus, & expẽsis, quas tñ expẽsas, & salariũ reficere teneatur pars, quæ fuerit victa in iudicio. A tali ẽt sẽtẽtia lata de cõsilio sapiẽtis poterit appellari, ꝓut in cæteris causis, in quib. admittitur appellatio; & tale cõsiliũ registretur in actis, & sit de ꝓcessu. Sed si Iudex tali petẽti denegauerit cõcedere ꝑdictũ cõsiliũ sapientis, & ad sententiã deuenerit, talis sententia sit ipso iure nulla, ac si lata, & data nõ fuisset. In causis tamèn pupillorũ, viduarũ, ac miserabiliũ personarũ huiusmodi consiliũ cõcedi non possit, nisi ab eisdem personis miserabilibus, viduis, & pupillis fuerit petitum.

De Senten-

DE SENTENTIA NON FERENDA PRO VT IN CEDVLA: RVB. XXXXVII.

QVIA iuris Communis,& Constitutionum Prouincialium dispositione sancitum est, vt sententiæ ad tribunal Iudicis legi, & recitari debeant, ideò consuetudinem, siuè potiùs abusum de pronunciando pro vt in cedula, vel pro vt in filo tollẽtes, statuimus, & ordinamus, vt quicunq; Iudices Ciuitatis, vel districtus Foroliuij debeant suas sententias, tã diffinitiuas, quàm interlocutorias, & tàm ciuiles, quàm mixtas proferre, & legere, seu legi facere ad suum tribunal hora audientiæ, nec possint aliquo modo ꝑnunciare pro vt in cedula, vel pro vt in filo, nisi statim, antequàm discedant à bãco, legant, vel legi faciant cedulam ipsam, & hoc procedat, siuè Iudices sint ordinarij, siuè delegati, etiam à Principe, sub pœna nullitatis sententiæ, & amissionis sportularum, seu salarij Iudicis taliter proferentis, præterquàm in Arbitris, & Arbitratoribus.

DE SVBHASTATIONE PIGNORVM. RVB. XXXXVIII.

SI aliquod pignus rei mobilis, vel etiam immobilis captum, vel ablatum fuerit Ciui, comitatino, vel districtuali nostro, vigore executionis alicuius Iudicis Ciuitatis Foroliuij, seu curiæ generalis Prouinciæ, vel alterus Iudicis, ponatur statim per executores ad Massarolum sancti Mõtis Pietatis, qui curet ne illud vendatur, seu subhastetur, nisi elapsis quindecim diebus, tàm in executionibus curiæ generalis, quàm in executionibus Ciuitatis Foroliuij, quibus transactis, & debitore non soluente, tunc absq; alia citatione committatur præceptum Massarolo vendendi, & subhastandi ad publicum incantum sine fraude, ac bona fide dictum pignus, & hęc subhastatio fiat tribus diebus iuridicis, defalcata tamen quarta parte pretij ab Æstimatoribus sancti Montis impositi, & deliberetur plus offerenti, exposito instrumento per Massarolum; & si nullus oblator inueniatur, detur, & assignetur insolutum creditori, detracta similiter quarta parte pretij à prædictis impositi, iuxtà dispositionem Capitulorum Massaroli, quę registrata sunt in fine præsentis libri. Qua subhastatione vt suprà facta vel creditori, vel alteri oblatori, dictus debitor habeat tempus trium dierum cõtinuorum ad reluendum pignus, solutis, & debito principali, ac omnibus expensis. Item ordinamus, quòd si aliqua persona habeat penès se aliquam rem immobilem, vel se mouentem loco pignoris à debitore suo sibi traditam, & elapsũ sit tempus soluendi tale debitum, & talis creditor velit sibi satisfieri, debeat mãdato Iudicis competentis interpellare debitorem in scriptis, quòd debeat infrà tempus quindecim dierum, vel ad summum vnius mensis, iuxtà arbitriũ Iudicis, sibi soluere integrè debitum, vna cum expensis legitimis factis causa, & occasio-

ne pignoris, quòd si intrà dictũ tempus non reluerit pignus, vendatur ad publicum incantũ plus offerẽti, detracta dicta parte, vt supra dictum est, trina subhastatione diuersis diebus facta, & tunc Massarolus notet sigillatim deliberationẽ, & pretium, & emptorem; quòd si pluris fuerit venditum, quàm sit creditũ, Massarolus detineat illud plus, & statim restituat ipsi debitori, si autem venditũ erit minoris pretij, saluum sit creditori ius pro consecutione residui. Sed si oblator non inueniatur, detur insolutum ipsi creditori, defalcata dicta quarta parte pretij, & nihilominùs debitor possit reluere dictum pignus intrà tres dies, vt supra est dictum.

DE APPELLATIONIBVS. RVB. XXXXIX.

QVONIAM multotiès appellare occurrit. Ideò statuimus, & ordinamus appellari, & de nullitate dici, atq; reclamari posse, siuè reductionem ab arbitrium boni viri peti à quacunq; sententia, decreto, laudo, arbitrio, vel declaratione vim diffinitiuæ habente per quoscunq; iudicandi facultatem habentes, tàm in Ciuitate, quàm districtu Foroliuij lata, & à quocunq; grauamine quomodolibet iudicialitèr illato, dummodò aliàs permissa sit appellatio, siuè Iudex sit ordinarius, seu delegatus, vel subdelegatus; appellariq; possit viua voce, soloq; verbo, dum tamen incontinenti, vel eadem die appelletur, & de huiusmodi verbali, siuè oretenus appellatione interposita constet in actis, seu ex qualicunq; scriptura per Notarium causæ, vel alium ad referendum rogatum facta; & si in scriptis appellari contingat à diffinitiua, vel diffinitiuæ vim habente, tunc licere volumus appellationem interponere intrà decem dies continuos à die prolationis sententiæ, si præsens fuerit, si verò absens à die intimationis sibi in scriptis factæ, si autem ab interlocutoria vim diffinitiuæ non habente appellari contingat, si viua voce, incontinenti fieri debeat, si verò in scriptis, intrà triduum à die prolatæ sententiæ; siuè grauaminis cuiuscunquè illati, dummodò pars grauata pręsens fuerit, si vero absens, à die intimationis; in appellationibus autem, siuè reclamationibus huiusmodi adiri possit Iudex, qui sententiauerit, vel grauamen intulerit, siuè Iudex, ad quem appellatio deuoluerit, coramque altero ipsorum appellari, ac de nullitate dici possit, prout parti grauatæ magis expedire videbitur; & si plures tulissent sentẽtiam, vel grauamen intulissent, sufficiat coram altero eorum appellationem interponere.
In ipsisq; appellationibus, siuè viua voce, siuè in scriptis interponendis à quibuscunq; sententiis, etiam meris interlocutorijs, non arctetur quis apostolos petere, vel petitos expectare, sed deuoluat ipsa appellatio, dummodò in eademmet apposita sit clausula omni meliori modo; præclusaque intelligatur appellandi via,

di via, & facultas à tribus sententijs, in substantia saltèm conformibus, in fauorem alterius partium latis; interpositaq; appellatione à sententia diffinitiua, siuè vim diffinitiuæ habente, pars appellans, si eam prosequi voluerit, teneatur, citata parte appellata coram Iudice ad quem, intrà viginti dies continuos à die appellationis, & de nullitate dictionis, vel reductionis ad arbitrium boni viri, comparere, & causam suæ appellationis in dicto termino prosequi, aliàs si in dicto termino non comparuerit, partemq; appellatam citari non fecerit, vel saltèm pro prima, vel in prima die iuris, si vltima dies dicti termini feriata fortassè fuerit, & non prosecuta extiterit causa, habeatur ac si appelationi renunciatum fuisset, eaquè deserta ipso iure intelligatur, & sit cum effectu; & si pars appellata velit, & instet sententiam Iudicis, à quo fuit appellatum, exequi, teneatur facere citari appellantem, & deserentem coram Iudice à quo, qui quidem Iudex debeat in expensis legitimis condemnare partem deserentem alteri parti: si verò appellationem à simplici interlocutoria quis prosequi intenderit, teneatur appellans intrà octo dies continuos à die interpositę appellationis, & prouocationis, ac nullitatis dictionis prosecutionem facere coram Iudice, ad quem appellatum est, partequè appellatam coram eo in dicto termino citari faciat ad videndum appellationem prosequi, vel saltè pro prima, & in prima die iuris, si vltima dies dicti termini feriata fuerit, aliàs appellatio ipsa deserta ipso iure sit, & ei esse renunciatum intelligatur in omnibus, vt suprà dictum est; in causis autem, in præsenti Statuto nō declaratis, non comprehensis, nec prouisis, attendatur dispositio Constitutionū Prou. in sexto libro desuper editarum, quas hic pro renouatis haberi volumus.

DE NVLLITATIBVS. RVB. L.

QVIA sæpè contingit, maximè ad impediendam executionem, de nullitate opponere, præsenti Statuto ordinamus nullitatis dictionē impedire, seu suspendere executionem petitam, si ipsa nullitas fuerit principalitèr proposita, vel per viam actionis, vel exceptionis, vel coram eodem Iudice, vel coram alio; dum enim contenditur de tali nullitate, executio ipsa differatur. Causa tamen nullitatis debeat simplicitèr, & sola facti veritate inspecta celeritèr terminari, infrà breue temporis spatium, quod nō excedat octo dies; sed si altiorem indaginem requireret, & non posset sic celeri expeditione terminari, Iudex possit, ea non obstante, ad executionem procedere transactis prædictis octo diebus. Quando verò fuerit cum appellatione nullitas proposita, tunc in causis ordinarijs ad vlteriora non Procedatur per Iudicē à quo, ità vt si fuerit processum, id totum attentatorum via reuocabitur; in executiuis autem, & in alijs causis, quæ appellationem non admittunt, ipsa nullitas deducta non

cti nõ impediat executionem,nec mandatũ de immittendo,nisi Iudex ad quem inhibuisset,quo casu si coram eo insteur pro moderatione inhibitionis,semper moderari debeat,nisi incontinenti constet de ipsa nullitate, vel de notoria iniustitia, & quando incontinenti constare dicatur de nullitate,arbitrio ipsius Iudicis relinquatur.

A QVIBVS SENTENTIIS LICEAT APPELLARE, VEL NON. RVB. LI.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd in quibuscunq; sententijs diffinitiuis,vel habentibus vim diffinitiuæ in quibusuis causis ciuilibus,vel mixtis in Ciuitate Foroliuij latis per DD. Gubernatorem,vel Prætorem, vel aliũ Iudicem ordinarium,vel delegatum à Principe,vel subdelegatum,siuè in prima, siuè in secunda,vel vlteriori instantia,appellare liceat,donec fuerint tres cõformes,& appellatio ipsa deuoluat,pro vt in Statuto Quod causæ in prima,& quãdo in secunda instantia cognoscantur,& terminentur in Ciuitate Foroliuij, & ad vlteriora non procedatur per Iudicem à quo. In causis verò,quę vigore pręsentium Statutorum appellationem non admittunt,omninò appellare,& reclamare prohibemus,veluti in eo,qui spontè in iudicio fuerit cõfessus,vel cõuictus, seu manifestè contumax,nemoq; etiã valeat appellare in notorijs per facti euidentiã,nec in causa momentaneæ possessionis,nec ab aliquo syndicatu,minùsquè in causis non excedentib⁹ summã lib.quinq; vel subsidij triennalis,collectarũ, vel aliorũ onerum,tàm impositorum,quàm forsàn in posterùm imponendorum,& exigendorum,nisi de eorum torto, & grauamine notoriè constaret; item mandamus non licere appellationis vocem emittere in omnib⁹ causis executiuis,nec in casibus à iure canonico specialiter,vel expresè prohibitis; & si in aliquo ex casibus prædictis aliquis appellare fuerit ausus, tunc talis appellans à Iudice ad quem aliter non audiatur,nec admittatur saltèm quoad effectum suspensiuum, ità vt retardari non possit,nec debeat sententia lata per Iudicem à quo cõtrà huiusmodi appellantem,quin impunè debitæ executioni valeat demandari, ac si talis appellatio interposita non fuisset. Declarantes rectè appellationem esse admittendam etiam à tota sententia,in qua tamen adest mixtura,& sic quando in causa duo forte simul continentur,videlicet possessionis restitutio, & pœna, tunc ratione talis mixturæ appellare,& reclamare permittimus, sicut idem dicimus in omnibus alijs casibus à iure permissis. In iudicio autem Saluiani nullatenùs appellationem suspensiuam admitti declaramus,si excussio fuerit facta, iuxtà Rub. de excussionibus.

De Pro-

DE PROTESTATIONIBVS FACIENDIS, ET SCRIBENDIS PER NOTARIOS. RVB. LII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd vnicuiq; liceat, & maximè occasione alicuius prætensi grauaminis illati, protestari de iure suo in scriptis, vel sinè scriptis DD. Gubernatori, Potestati, & cuilibet alteri Iudici, vel officiali Ciuit. Foroliuij, & Gubernator, Prætor, & quilibet alius Iudex, seù officialis teneatur protestationem, appellationem, vel inhibitionem audire benignè, ac Notarium eam legentē; sub pœna librarum centum bonenorum; & si Notarius fuerit ad hoc requisitus, teneatur accedere ad dictum Iudicem, & officialem, & antedictam protestationem, vel appellationem, vel inhibitionem scribere, legere, facere, & præsentare; dummodò tamèn ei satisfiat de labore, & mercede sua; qui quidèm Notarius paritèr requisitus ab illo, ad cuius instantiā facta esset dicta protestatio, appellatio, seù inhibitio, teneatur ei tradere copiam huiusmodi protestationis, appellationis, seù inhibitionis in authenticam formā eleuatā, recepta competenti mercede, quòd si Notarius talia facere, seù rogare renuerit, vel malitiosè distulerit, incurrat pro qualibet vice pœnā librarum vigintiquinq; & refectionis expensarum partis; & nullus ex dictis Iudicibus, seù oficialib. audeat, vel præsumat aliquam protestationem, appellationem, seù inhibitionem, in scriptis traditam, reijcere, vel Notarium de prædictis rogatum, minùsq; protestantem, vel appellantem, seù inhibentem grauare, siuè molestare, aut aliquo modo detinere realitèr, vel personalitèr occasione prædicta, aliàs incidat in pœnam librarum centum bonenorum pro qualibet vice, in quibus condemnetur à suis syndicatoribus, & nihilominùs dicta protestatio, appellatio, vel inhibitio valeat, & teneat de iure.

DE SALARIO IVDICVM. RVB. LIII.

QVIA conueniens est, Iudices huius Ciuitatis nostræ pro laboribus, & sententijs habere sua debita salaria, ac sportulas. Ideò statuimus quòd D. Gubernator in causis executiuis, lata sentētia, commissaq; executione, ac mandato tradito, & subscripto, habeat duos quatrenos pro qualibet libra valoris rei, vel quantitatis petitæ, dummodò nō excedant summam scutorum sex, videlicèt lib. vigintiquinq; & bon. quatuor.

In causis verò ordinarijs duplū, nēpè quatrenos quatuor pro qualibet libra, vsq; ad quamcunq; summam, dummodò sportulæ non excedant quantitatem

scutorum

ſcutorum duodecim, videlicèt lib. quinquaginta, & bon octo in totum; quas ſportulas habeat ſtatim lata ſententia, & non antè, etiam ſi depoſitatæ fuerint, & ſi partes ad concordiam deuenerint antè ſententiam, ſi ſportulæ non fuerint depoſitatę, Iudex nihil habeat, ſi autèm fuerint depoſitatę, Iudex tãtùm medietatem habeat, ſi autèm ſportulæ ab altera ex partibus ſolutæ, vel depoſitatę fuerint, ſtatim ipſi eas ſoluenti debeat tradi mandatum executiuum pro dimidia illarum contrà partem non ſoluentem, illudq; exequi valeat, & poſſit non obſtante aliqua inhibitione.

Pro interlocutorijs, & pronuncijs nihil habeat; ſi verò ſint interlocutorię habentes vim diffinitiuæ, & ſupèr eis cõtingat informari, habeat ſcutũ vnũ à quinquagĩta ſcut. ſuprà, ſed infrà, habeat quatrenos duos ꝓ qualibet lib. valoris rei.

Item in mandato de exgũbrando, & euacuando domũ, vel apothecam, & his ſimilibus, habeat ſcutũ vnũ, ſed ſi cauſa eſſet tenuis, tunc medietatẽ vnius ſcuti.

In cauſis Seruitutum, Molendinorũ, Aquarum, Gabellarum, Datiorum, Officiorum, Dignitatum, redditionũ rationum, & aliorum, quæ non recipiunt æſtimationem, & his ſimilium, ſi fuerit factus proceſſus, producta iura, & examinati teſtes, & Iudex elaborauerit, fuerintq; factæ allegationes, Iudex tunc habeat ſcuta quatuor; ſi verò non fuerit fabricatus proceſſus, nec allegationes factæ, tunc habeat tantùm ſcuta duo ſi cauſa conſiderari poſſit valoris vltrà ſcuta centum, ſi verò minoris quantitatis, medietatem habeat.

In cauſis autèm fructuum cenſuum perpetuorum, ſi petitio fiat pro omnibus fructibus in poſterùm perpetuò decurrendis, taxentur, & ſoluãtur ſportulæ, iuxtà valorem, & importantiam fructuum decurrendorũ eiuſdem cenſus pro triẽnio, vltrà ſportulas pro fructib. decurſis, dummodò in totum nõ excedant ſummam ſcutorum ſex; & nullatenùs reficiantur à debitore, niſi pro decurſis.

Declarantes non poſſe alterari pręſentem taxationem ex eo, quod cauſa habeat tractum ſucceſſiuum in infinitum.

Pro reuocatione ſequeſtrationum, ſeù præceptorum nihil habeat, niſi tamèn ſupèr illis fuerit factus proceſſus, & cauſæ cognitio interuenerit, & Iudex elaborauerit, quia tunc habeat ſcutũ vnũ ſi ſumma, ſeù res, de qua diſputatur, ſit maioris valoris ſcut. quinquaginta; ſin autẽ infrà quatrenos duos ꝓ qualibet lib.

Pro viſitatione loci, ſi intrà Ciuitatem fuerit, habeat ſcutum vnum, & idem intrà vnum milliare, ſi extrà Ciuitatem ſcuta duo, & duos equos pro eundo, & redeundo, ac etiam victum pro ſe, & vno famulo.

In cauſis Communitatis, & Numeri Pacificorum, & vbi de eorum intereſſe agitur, teneatur, & debeat gratis ſeruire, & nihil pro ſportulis accipere poſſit.

In cauſis verò Vniuerſitatũ habeat idẽ, qđ de particulari pſona, vel ꝓ vnica cã.

Pro ſuſpicione fugę, & areſtis in carceribus factis habeat idem, quod in executiuis, & prædictę ſportulæ ſoluantur à creditore, & debitor eas nullatenùs reficere teneatur, niſi areſtũ fuerit factũ vigore mãdati ſeruatis ſeruandis eleuati.

In cauſis

In causis criminalibus teneatur, & debeat ad vnguem seruare Cõstitutionem Magalori, ac disposita in ea.

Prætor autem habeat solidos quinq; si decretũ fuerit interpositum in domo ipsius, vel apothecis, siuè in Prætorio; si extrà, solidos decem pro quolibet instrumento, etiam si in vno plures interuenerint minores, & mulieres.

Pro sportulis nihil accipere possit in causis ordinarijs, seù executiuis pro sentẽtijs, seù decretis, etiam sub prætextu alicuius literæ, seù rescripti, impetratæ, vel obtenti à Rectore Prouinciæ per aliquem ex litigantibus post iudicium coràm eo cœptum, sed debeat gratis, tanquàm Protector pauperum, viduarum, & pupillorum elaborare, & causas cognoscere, & terminare summariè, prærerquàm pro sigillo literarum, pro quo habeat dimidium Iulij, & pro pronuncia cuiuslibet inuentarij legitimè confecti carlenum vnum.

Itèm in causis Illustris Communitatis, & sacri Numeri Pacificorum, vel vbi de eorum interesse agitur, nihil etiam ipse accipere possit.

In causis autèm delegatis, & commissarijs à Rectore Prouinciæ, siuè à summo Pontifice, vel ab alijs Superioribus possit accipere sportulas, iuxtà, & secundùm quod est dispositum suprà in Gubernatore.

At in causis cessionis bonorum sibi à Rectore Prouinciæ commissis, habeat ad summum libras quatuor bon. monetę currentis, & idem habeat Gubernator, siuè talis cessio bonorum sibi fuerit commissa, vel non.

QVOD MERCES OFFICIALIVM SOLVATVR PRO RATA TEMPORIS. RVB. LIV.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si euenerit Gubernatorẽ, siuè aliquem ex Conseruatoribus pro tempore existentibus, Prætorem, seù alium quemlibet officialem, vel per extractionem, vel per electionẽ ad aliquod officium Ciuitatis, vel etiàm districtus Foroliuij deputatum non complere, siuè non cõpleuisse tempus officij sui, quia fortasè morte prçuentus esset, vel recederet à Ciuitate, etiam cum licentia Illustrisſ. D. Legati, vel Rectoris Prouinciæ pro tempore, vel etiam cum voluntate Communitatis, debeat tali decedenti, vel hæredibus decedentis solui suum solitum salarium pro rata tantùm temporis, quo seruiuerit, & non vltrà; idq; ità præcisè intelligatur, ne ei aliqua litèr derogari possit, & si contrauentum fuerit, id totum pro nullo, & nullitèr facto habeatur.

DE EO, QVI ELECTVS FVERIT NON CONSTITVTO SALARIO. RVB. LV.

QVONIAM multotiès nonnulli procurant electiones de se fieri non constituto sibi alitèr salario, vt faciliùs eligātur, postèa verò petunt illud, & forsàn maius, quàm sibi deberetur, sub colore, quòd omnis labor optat præmiū. Ideò statuimus, & ordinamus, quòd nullū salarium, præmium, merces, remuneratio, siuè aliqualis prouisio quocunq; nomine censeatur, possit, nec debeat per DD. Conseruatores cum eorum familia, vel sine, ac etiam deputatis, seù adiunctis à Consilio generali, vel secreto constitui, siuè ordinari, vel dari modo aliquo in parua, vel magna quantitate alicui personæ, seù personis, causa, vel occasione Ambasciariæ, viatici, officij, ministerij, siuè oneris, vel curæ alicuius, nisi merces, prouisio, viaticum, vel salarium certum, vel incertum fuerit constitutum, eodem tempore, vel instanti, quo facta fuit electio talis in Consilio generali, vel secreto, seù aliqua congregatione deputata tamèn de ordinè expresso alicuius ex prædictis consilijs, aliàs huiusmodi electus, seù nominatus, salario tunc alitèr non constituto, si aliquid postèa habuerit, vel consecutus fuerit, ad restitutionem sempèr teneatur. Prædicta autèm locum non habeant, quando ad aliquod officium fieret electio alicuius personę, cui merces, vel salarium esset expresè taxatum per Statuta nostra, vel leges communales, quo casu licèt in electione de salario aliquo nulla sit facta mentio, nihilominùs talem electum illud petere, & consequi posse permittimus.

DE SALARIO, ET MERCEDE ADVOCATORVM, ET PROCVRATORVM. RVB. LVI.

CVM deceat suas debitas mercedes præstari Aduocatis, & Procuratoribus huius Ciuitatis, qui laborant, & patrocinia in causis præstant, tàm in agēdo, quàm in defendendo, statuimus, & ordinamus, quòd in causis ordinarijs Procuratores habeant statim porrecta, ac producta, seù facta petitione, siuè libello quatrenos duos pro libra, dummodò non excedant scuta quatuor; sed facta contestatione litis, & datis terminis probatorijs, & facta aliqua probatione quatrenos quatuor, dummodò non excedant scuta octo; lata autèm sententia cum causæ cognitione bon. vnum pro lib. vsq; ad summā scutorum duodecim, & sic lib. quinquaginta, & bon. octo monetæ Romandiolæ; si verò lata fuerit sententia in contumaciam, habeant quatrenos quatuor pro lib. dummodò non excedant scuta octo.

In causis

In causis verò executiuis, & in quibus proceditur summariè, & non seruantur termini prædicti, sed breuiores, habeant medietatem eorum, quæ suprà dicta sunt.

Pro Interlocutorijs sententijs, seù decretis habentibus vim diffinitiuæ, & supèr his contingat informari, habeant à scutis quinquaginta infrà quatrenos duos pro qualibet libra valoris rei, à scutis autèm quinquaginta suprà ad quācunq; summam, scutum vnum.

In moderationibus verò inhibitionum, ac in mandatis de euacuādo domum, apothecam, & his similibus, habeant dimidium vnius scuti, sed si causa fuerit tenuis solidos viginti.

In causis seruitutum, Molendinorum, Datiorum, Gabellariorum, Officiorum, Dignitatum, redditionum rationum, & similium, quæ non recipiunt æstimationem, si fuerit factus processus, examinati testes, ità vt Procuratores multùm elaborauerint, habeant scuta quatuor; si verò non fuerit factus processus, habeant scuta duo, si causa considerari possit valoris vltrà scuta centum; si verò minoris, medietatem habeant.

In causis autèm fructuum censuum, si petitio fiat pro omnibus fructibus deinceps perpetuò decurrendis, & traditum sit mandatum executiuum perpetuum, soluantur patrocinia iuxtà valorem, & importantiam fructuum eiusdem census pro vno triennio, vltrà mercedem pro decursis, dummodò in totum non excedant scuta sex, & nullatenùs reficiantur à debitore, nisi pro fructibus decursis, vt dictum est de Gubernatore.

Itèm pro visitatione, & accessu loci ad effectum informandi Iudicem, si in Ciuitate, dimidium scuti, & idem intrà vnum milliare; si extrà, scutum vnum.

Et si Procuratores equitare contigerit pro causa, seù causis, tunc habeant lib. sex pro qualibet die, tàm in eundo, quàm in redeundo, & lib. tres quando morantur, & nihil aliud pro alimentis, & equis.

In causis criminalib. Procuratores habeant idem, quod fuerit datum D. Gubernatori, & Iudici pro sportulis, tàm pro sententijs absolutorijs, quàm pro Decretis.

Supradicta omnia habeant locum in quolibet casu, si sententia fuerit lata ad fauorem sui principalis, si verò contrà, dimidium patrocinij habeant.

Aduocati autèm, qui in causis huiusmodi, tàm ordinarijs, quàm executiuis, & interlocutorijs, & criminalibus fuerint patrocinati, habeant idem salarium, & tertiam partem plus.

Declarantes quòd tàm Aduocatus, quàm Syndicus Communitatis habeant mercedem suam in causis, in quibus patrocinati sunt pro dicta Communitate, si contigerit aduersam partem esse condemnatam in expensis, sin minùs nihil omninò prætendere possint.

DE ADVOCATO, ET PROCVRATORE PAVPERVM. RVB. LVII.

ORDINAMVS quòd Aduocatus,& Syndicus pro tempore Cõmunitatis sint, & esse debeant Aduocatus,& Procurator paup. rũ,& miserabilium personarum, quibus teneantur officiũ Aduocationis, & Procurationis gratis, & amore Dei præstare, tàm in causis ciuilibus, quàm criminalibus, & mixtis, & ad hoc compelli possint per DD. Gubernatorem,& Conseruatores Foroliuij, & pro tempore eorum officij teneantur, & debeant in causis similium personarum miserabilium, & pauperum interuenire, & exercere sua officia pro salarijs tantùm, quæ recipiunt à Communitate, & de illis debeant esse contenti, reseruantes tamen eis facultatem recuperandi patrocinium ab aduersario in casu, in quo in expensis etiam succubuisset, & ipsi Aduocatus, & Syndicus singulis hebdomadis teneantur visitare carceres,& carceratos,ac eos benignè audire, & interrogare de causis carcerationum,atq; facere ea, quæ spectant ad eorum officium Aduocationis, & Procurationis, etiam absquè alio mandato ad defensionem ipsorum. Pauperes autèm illos iudicamus,& sic esse intelligantur, qui habiti,&iudicati sunt pro talibus ab hominibus societatis Charitatis.

DE MERCEDE NOTARII ACTVARII AD CIVILIA. RVB. LVIII.

STATVIMVS, & ordinamus infrascriptam taxam,quam materno sermone ponendam esse duximus, pro faciliori omnium intelligentia, & commodo, obseruandam esse inuiolabilitèr, & indistinctè à Notario Actuario ad ciuilia Ciuitatis Foroliuij, qui pro tempore dictum officium exercere debet,& ab alijs, sub pœna scutorum quinquaginta,& restitutionis eius,quod indebitè receperit.

TASSA DEL NOTARIO ATTVARIO.

PER ciascuno precetto,ò sequestro con clausula, ò citatione in scritto.	sol.	1.	0
Per ciascuna copia d'esse.	sol.	1.	0
Per la relatione.	sol.	0.	6
Per citatione in forma, con cõmissione inserta,& inhibitione, con copia.	sol.	20.	0
Per inhibitione,& citatione, senza cõmissione inserta,ma con copia, e relatione.	sol.	6.	6
Per reuocatione di ciascuno precetto, ò seq̃stro sẽza cognitione di causa.	sol.	2.	0
Et quãdo vi sia la cognitione d'lla causa habbia la metà di q̃llo si è tassato al Giudice.			
Per ciascuna instanza senza prodotta.	sol.	0	6
Per ꝓdotta di ciascuna scrittura.	sol.	1.	0
Per prodotta d'vn processo.	sol.	5.	0

Per

Per rogo di segurtà di qual si uoglia sorte. sol. 4. o
Per mandato di Procura; sol. 2. o
Per essamine di ciascuno testimonio. sol. 4. o
Per tassa di spese, purche non ecceda la somma di soldi venti, p ogni lira. sol. o. 4
Per calculo semplice sẽza insertione di ciascun giorno distinto. sol. 4. o
Per calculo distinto cõ ciascũ giorno. sol. 20. o
Per risposta delle poste da pagarsi le confessate dal rispondente, & le negate dal ponente, per ciascuna. sol. o. 3
Per giuramento di calumnia. sol. 2. o
Per ciascun'altro giuramẽto etiam decisiuo. sol. 4. o
Per rogo di confesso iudiciale. sol. 2. o
Per eleuatione d'esso. sol. 2. o
Per ciascuna lettera. sol. 4. o
Per andata in luoco di differenza per la Città, & fuori per vn miglio. sol. 42. o
Fuori della Città oltrè vn miglio. sol. 84. o
Per recognitione di ciascun scritto, ò altra poliza senza gl'interrogatorij. sol. 2. o
Per recognitione sodetta con gl'interrogatorij. sol. 4. o
Per rogo di pronuncia pro recognito. sol. 2. o
Per ciascun' viatico nella Città p essaminare testimonij, rispondere à poste, e pigliare mãdati cõpreso il rogo. sol. 10. o
Per ciascuna poliza de non grauando, ò che siano restituiti li pegni. sol. 1. o
Per relasso. sol. 1. o
Per il mandato di relasso per vigor di sentenza per la quale haurà hauuto le sportole, nihil.
Per reuocatione del mandato in contumacia insieme con la segurtà. sol. 4. o
Per ogni authentico d'atto semplice, ò d'altra scrittura. sol. 10. o
Ma se fosse longa, si paghi à ragione di copie.
Per ciascuna intimatione, ò protesta da intimarsi. sol. 4. o
Ma se fosse longa, si paghi à ragione di copie.
Per ogn'Inuentario, ò descrittione de beni fatti nella Città, ò fuori per vn miglio. sol. 40. o
E fuori della Città oltrè vn miglio. sol. 80. o
Per Inuentario solẽnemẽte fatto, e ꝑdotto cõ la ꝑnũcia del Iudice, p occasione d'heredità ꝑsa con beneficio di ll. & inuẽtario; se l'heredità ascẽderà oltrè il valore di scudi 500. sol. 84. o
Da scudi 500. in giù. sol. 42. o
Per relatione di qual si uoglia eletto. sol. 4. o

Per ciascuno deposito di denari fatti nell'atti. sol. 4. o
Per relasso di detto deposito cõ decreto di Giudice. sol. 4. o
Et senza decreto. sol. 2. o
Per rogo d'instrumento di possesso dato da esso Notario nella Città, e fuori per vn miglio sin'à lir. 25. vn quatrino e mezo p lira del valore; di lì in sù vn quatrino, purche nõ passi vn scudo, e mezo, cõ l'eleuatione in authentico.
E fuori della Città oltrè vn miglio il doppio, purche nõ passi scudi trè, cõ l'eleuatione come di sopra. Nè possa il Notario Attuario forzar alcuno à pigliare detto possesso da lui, mà sia nell'arbitrio della parte.
Per relatione di possesso dato dalli essecutori. sol. 4. o
Nelle cause d'Vniuersità, ò più ꝑsone, non pigli altro, se non per vna causa, & vna persona.
Per rogo di sentẽtie diffinitiue habbia il Notario nelle cause essecutiue, che ascendono,

sino à lir.	5.	sol. 3.	o
sino à lir.	25.	sol. 5.	o
sino à lir.	50.	sol. 8.	o
sino à lir.	100.	sol. 15.	o
sino à lir.	200.	sol. 20.	o
sino à lir.	300.	sol. 30.	o
sino à lir.	500.	sol. 40.	o
sino à lir.	1000.	sol. 60.	o

Da lir. 1000. in sù, purche non passi la somma di lir. 12. 12. con la sentẽza, & mãdato però gratis in authentica for. habbia p ciascun cẽtenaro. sol. 10. o
Nelle cause ordinarie habbia il doppio, cioè la metà per parte, cõ la sentenza, & mandato in authẽtica forma gratis come di sopra.
Per rogo di ciascuna sentenza interlocutoria ch'habbia vim diffinitiuæ di valore sin' à scudi 50. vn' quattrino per libra
Da scudi 50. in sù p qual si uoglia sõma. sol. 40. o
Per rogo di sentenza di cessione de beni, di qual si uoglia sorte al più. sol. 40. o
Et nei casi doue non sia espressa la sua mercede: s'intenda regolata secõdo quella del Gouernatore, cioè la metà di quello sarà tassato à lui.
Per le copie di testimonij, & di qualsi uoglia scrittura fatta in forma d'originale, & che contengano linee

venti

vẽti per ciascuna facciata, & ciascuna linea habbia sillabe venti; p ciascuna carta scritta d'ambe le parti. fol. 51 o

Et postoui l'authentico, la metà di più, eccetto nelle copie authẽtiche de testimonij, p il quale authẽtico non possa pigliar cosa alcuna; ne possa l'Attuario, ò altro Notario sforzare alcuno à pigliare le scritture authẽtiche: & sia in elettione di chi vuole le copie, cõtare più presto le linee alla ragione sudetta, che le carte.

Sia obligato il Notario, quando si produrãno scritture, mostrarle alla parte gratis, acciò possi deliberare di quelle vorrà copia, & sia obligato darli la copia di quello addimãdarà.

Et sia tenuto il Notario nel fine della causa restituire le scritture authẽtiche alla parte che le produce.

Debba il Notario tenere vn libretto separato per notare le sportole, che saranno depositate per il Iudice, & Notario.

Douerà anco tenere vn'altro libretto per notare li depositi.

Similmente sia obligato tenere vna filza separata de gl'interrgoatorii, e delle poste, alle quale p ancora non sia stato risposto, & de scritti p ancora nõ reconosciuti, in loco sicuro, acciò che nõ possino essere veduti senza la presenza di lui.

Dechiarãdo, che nei processi fatti d'altri Notarij, che non hauranno l'vfficio titulo oneroso, debbano pigliare la metà manco, di quello sia tassato all'Attuario, e non più, eccettuati gl'atti, che siano regolati come di sopra.

Dalli poueri, & persone miserabili, tanto l'Attuario, quanto ogn'altro Notario, nõ debba pigliar cosa alcuna, cõforme alla Magalotta: & si stia all'arbitrio de gl'huomini della Carità, chi sia tale.

Parimente per gl'atti della publica visita, & relassi, niente si paghi.

Sia tenuto detto Notario nel fine della sua condotta, quando partirà dal banco, cõsegnare alli Patroni di esso banco tutti li libri degl'atti, & scritture concernenti all'vfficio, quali si doueranno mettere nell'Archiuio, come s'è detto nella Rub. de Archiuio publico, in vn cassone separatamente, sotto chiaue da tenersi dalli detti Patroni, à quali s'aspettarà la mercede.

DE OFFICIO, ET MERCEDE CANCELLARII CIVITATIS FOROLIVII AD CAVSAS CRIMINALES. RVB. LIX.

SALVBERRIMAM, ac laudabilem Constitutionem Magaloti Sectãtes hac præsenti perpetuò valitura lege decernimus, & mandamus Cancellarium criminalem Ciuitatis Foroliuij debere in omnibus, & per omnia obseruare dictam Constitutionem, & præcipuè, sub Rub. de officio Cancellarij Ciuitatum ad causas criminales. Prohibentes dictum Cancellarium posse allegare aliquam consuetudinem, immò potiùs corruptelam, cõtrariam prædictæ Constitutioni, pro vt per Breue Sanctiss. D.N. SIXTI PP. V. fel. Recor. Sancitum est his verbis.

Volentes, quæ tanto labore, impensis, ac maturitate ad publicam vtilitatẽ digesta sunt, inuiolabilitèr obseruari, ac tenorem Constitutionis Magalotæ, præsentibus pro sufficientèr expresso habentes. Motu proprio non ad dictorũ Cõmunitatum,

munitatum, & hominum, aut aliorum pro eis nobis desupèr oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & quascunq; intelligentias, consuetudines, & longissimos vsus, stylos, ac declarationes etiam iuramentis, literis, confirmationibus, & approbationibus Apostolicis, vel quibusuis alijs firmitatibus roboratas, & dictis Constitutionibus Magaloti, ac huiusmodi declarationibus, ordinationibus, & reformationibus in aliquo aduersantes, Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuò abrogamus, tollimus, & penitùs abolemus, neminemquè ad illas deinceps obligari volumus.

Præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub EXCOMMVNICATIONIS SENTENTIA per contrafacientes eo ipso incurrenda, ne in posterùm aliquis Prouinciæ præfatæ Rector, Iudex, seù Notarius, aut Procurator, vel Aduocatus audeat quoquomodo introducere, vel se subscribere, & testari de aliquo stylo, consuetudine, vsu, & intelligentia, quæ sit, vel esse videatur contrà dictæ Constitutiouis Magalotæ, ac huiusmodi declarationum, ordinationum, & reformationum continentiam, & tenorem, & si quid in contrarium factum, aut in iudicium tractum fuerit, id omne nullum, & inualidum, nulliusq; roboris, vel momenti existat, & esse censeatur perpetuò, &c. Dat. Romæ, sub die xxix. men. Septembris MDLXXXVII.

Possit itaquè Cancellarius prædictus recipere pro litera cum sigillo solidos quinque. v; sol. 5.

Pro responsione inquisitionis cum fideiussione, & promissione indemnitatis in totum solidos septem. sol. 7.

Si responsio fuerit facta sine fideiussione habeat dictus Cancellarius medietatem supradictæ mercedis.

Itèm pro rogitu mandati Procuræ solidos duos. sol. 2.

Itèm pro productione cuiuslibet scripturæ solidos duos. sol. 2.

Itèm pro copia data parti, pro quolibet folio linearum viginti pro facie solidos tres. sol. 3.

Prohibentes, quòd non possit dare prædictas copias in forma originalis, adeò quòd prætendat duplicatam, vel triplicatam mercedem contrà dispositionem Magaloti, sed omninò facere debeat copias de lineis viginti pro qualibet facię, & quęlibet linea contineat dictiones decem, iuxtà reformationem ad Magalotam in capitulo de officio Notarij Curiæ generalis ad criminalia.

Et non possit Cancellarius cogere partes ad accipiendum scripturas authenticas; nec possit in authenticis copijs inserere scripturas authenticas, nisi de consensu petentis.

Itèm pro qualibet comparitione, & actu Fisci, nihil petere possit à reo.

Itèm pro examine cuiuslibet testis ad instantiam partis, tàm pro Notario quàm

quàm Iudice in pœna pecuniaria solidos quinquè. sol. 5.

In pœna corporis afflictiua solidos septem. sol. 7.

In causa verò capitali, solidos decem. sol. 10.

Itèm pro rogatione cuiuslibet fideiussionis de se repræsentando, & cuiuslibet alterius generis, solidos quinquè. sol. 5.

Itèm pro cassatione cuiuslibet fideiussionis, solidos quatuor. sol. 4.

Itèm pro rogitu pacis habeat intèr nobiles scutum vnum, & intèr plebeos dimidium scuti in totum, etiam si tres, vel plures contraxissent dictam pacem.

Itèm pro mandato de relaxando detentum pro pœna pecuniaria cum sigillo solidos quinquè. sol. 5.

Itèm pro mandato de relaxando detentum pro pœna corporis afflictiua cum sigillo, solidos septem. sol. 7.

Itèm pro mãdato de relaxando detẽtũ ꝓ pœna capitali, solidos, decẽ. sol. 10. quod locum habeat, quando Cancellarius pro sententia nihil habet.

Itèm pro rogitu sententiæ in authenticam formam datæ cum eius mandato de relaxando, habeat Cancellarius quartam partem eius, quod habet Gubernator pro sportulis hoc est.

In sententijs absolutorijs à pœna capitali, in qua reus fuit in contumaciam, vel alitèr condemnatus, & vt doceat de innocẽtia se in carcere constituit, vel aliàs fuit captus, pro sportulis habeat scuta duo cum dimidio alterius scuti.

In similibus sententijs, & casibus à pœna amputationis membri, vel sanguinis citrà mortem, habeat scutum vnum cum dimidio.

In absolutorijs à pœna quacunquè corporali, vel corporis afflictiua citrà sanguinem, libras tres, & solidos tres, nisi pœna corporalis pro aliquo leui delicto per bannimenta, vel alitèr imposita sit, quo casu pro absolutoria habeat dimidium eius, quod proximè dictum est.

Et hoc procedat, quando extant inditia sufficientia ad torturam; si verò non otuisset de iure torqueri, sed ad inquirendum inditia extabunt, pro absolutoria nihil habeat, nisi reo instante, & petente sententia absolutoria lata fuerit, & tunc habeat medietatem eius, quod haberet, si reus potuisset de iure torqueri, si autèm inditia non extarent, vel saltèm ad inquirendum sufficientia, nihil accipiat, etiam instante reo absolui.

In absolutorijs à pœnis pecuniarijs, seruata sempèr suprascripta distinctione de inditijs, habeat quatrenum vnum cum dimidio pro qualibet libra, dummodò non excedat quantitatem scutorum duorum cum dimidio.

Et in casu, quo Gubernator nihil habet, Cancellarius similitèr nihil accipere possit, nisi (vt suprà dictum est) pro eius scriptura.

Itèm pro rogitu sententiæ condemnatoriæ pecuniariæ, vel vbi pœna capitis, & corporis afflictiua in pecuniariam fuit cõmutata cum circundatione processus, si reus compositionem fecerit, vel pœnam soluerit, habeat Cancellarius vsq; ad summam

ad summã scutorũ vigintiquinq; paulos tres,& ab inde suprà quæcũq; fuerit sũma,mediũ scuti,ẽt si plures fuerint nominati. Gub. autẽ ꝑ pſẽtatione gratię scutũ vnũ,si ampliùs nõ fuit pſẽtata,& visa, si verò aliàs fuisset pſẽtata,& visa nihil soluatur;& pdicta ẽt obseruentur quãdo cõpositio facta,& gratia obtenta est nõ facta condemnatione. In alijs autem condemnatorijs sententijs,vbi pœna corporalis in pecuniariam non est commutata,nihil habeat, nisi pro circundatione, vel abolitione processus,si fuerit pœna in capitalibus carlenos tres; in pœna corporis afflictiua, duos carlenos; in pecuniariis verò carlenum vnum, & hoc locũ habeat quãdo sẽtẽtia nõ fuit lata; si verò fuit lata, habeat, vt suprà dictum est. Et si aliquis principaliter nõ habens interesse voluerit alicuius condemnatoriam sententiam, si est pecuniaria soluat pro copia authentica paulos tres,si corporis afflictiua,paulos quinq; si capitalis, scutum vnum.

Pro ꝓcessu verò accipiat ad rationẽ copiarũ; teneaturq; Cancellarius ꝓcessũ, vel sententiam, tàm coniunctim,quàm diuisim arbitrio petentis, dare.

Et si contingerit fieri aliquam bonorũ descriptionẽ,habeat in Ciuit.medietatem vnius scuti,& in comitatu scutũ vnũ; ac omninò se abstineat à tali inuentario,seu descriptione in causis,vbi non adest pœna cõfiscationis,iuxtà dispositionem Georginæ.

In causis verò Cõmunit. publicum interesse concernentibus,Cancellarius p̃dictus gratis seruire teneatur,& ab illa nihil accipere,nisi à sponte soluente.

Et neminem possit in carcerem mittere, vel in Palatio sub præcepto arrestare,nisi de Gubernatoris licentia.

Teneaturq; Cancell.in fine officij sui omnes scripturas, & libros maleficiorũ, qui quomodocunq; in manib⁹ suis reperientur, consignare DD. Conser.& Procuratori Fiscali Ciuit.Forol.qui illos reponere debeant in capsono ad hoc destinato in Cancellaria criminali,vt de his,quandocunq.opus fuerit,nouo Cancell. & agentib⁹ pro Camera,& habentib⁹ interesse copia fiat; & Guber. debeat omni diligentia curare dictorum librorum,& scripturarum cõsignationem, aliàs ipse in syndicatu pro Cancellario teneatur.

Et quia non est conueniens,quòd in Cancellaria prædicta permaneant Cancellarij,vel substituti ad scribendum, vel ad se rogandum de actibus, constitutis,& examinibus,quæ fiunt in causis criminalibus, personę,quæ sint de eadem Ciuitate,vel comitatu,vbi sunt perpetrata delicta,vel causa agitatur, ideò per præsens Statutum ordinamus,quòd in posterùm nullus admittatur Cancellarius, vel substitutus ad scribendum in dictis causis criminalibus,constituta,depositiones,& actus cuiuslibet generis,qui sit Ciuis, vel comitatinus Foroliuij, aut qui habeat hic,vel ibi attinentes,vsq. ad secundum gradum; sub pœnis cõtentis in ordinamentis,seu Decretis aliàs per sacram Consultam emanatis, & publicatis. sub Dat. Romæ in Palatio Apost: die xix.men. Ianuarij MDCX.

DE MERCEDE NOTARIORVM. RVB. LX.

STATVIMVS, & reformamus, quòd deinceps solutiones Notariorum Ciuitatis, & districtus Foroliuij eis fieri debeant pro instrumentis, ac alijs extraiudicialiter rogãdis modo, & forma, & quantitatibus infrascriptis.

Pro rogitu mandati ad lites, & caulas in partib⁹, bon. quatuor. v3 sol. 4.

Pro eleuatione verò in authenticam formam facta, bon. decem. sol. 10.

Pro rogitu mandati Procuræ extrà Prouinciam, bon. sex. sol. 6.

Pro eleuatione, bon. sexdecim. sol. 16.

Pro rogitu mãdatorũ gener. cuiuscũq; generis, & ĩportãriæ, bõ. octo. sol. 8.

Pro eleuatione, bon. viginti. sol. 20.

Pro testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis, pro rogitu depositionis, seu examinis cuiuslibet testis, bon. quatuor. sol. 4.

Pro eleuatione verò, alij bon. quatuor. sol. 4.

Pro recognitione scripturarum pro quolibet teste, bon. duo. sol. 2.

Pro relationibus citationum Prou. vel Romæ absq; signo, bon. duo. sol. 2.

Cum signo, etiam si plures fuerint citati, bon. quatuor. sol. 4.

Pro fide instrumenti absq; signo, bon. quatuor. sol. 4.

Cum signo autem, bon. octo. sol. 8.

Pro fide facta à Cancellario de solutione canonum rei emphyteoticæ, bon. duo soluantur. sol. 2.

Pro rogitu cuiuslibet inuestituræ vna cum eleuatione, vsque ad valorem lib. quingentarum, soluantur bon. vigintiquinque. sol. 25.

Si verò dicta inuestitura contineret valorem excedentem lib. quingentas, vsque ad lib. mille, soluantur bon. quadraginta. sol. 40.

Et ab indè suprà ꝑ quacũq; sũma, soluãtur bon. quĩquaginta in totũ. sol. 50.

Pro partitis extractis, aut alijs similibus scripturis in authenticam formã eleuatis, pro qualibet facie linearum viginti, syllabarum viginti pro qualibet linea, habeant Notarij bon. duos. sol. 2.

Pro diuisionibus, absq; Agrimensoribus, & Æstimatoribus factis, valoris lib. ducentarum, bon. sex. sol. 6.

A lib. ducentis, vsq; ad lib quingentas, bon. decem in totum. sol. 10.

A lib. quingentis, vsq; ad lib bismille, bon. viginti in totum. sol. 20.

A lib. bismille, vsq; ad lib. quinq; mille, bon. vigintiquinq; in totum. sol. 25.

A lib. quinq; mille, vsq; quãcũq; sũmã, bon triginta sẽp in totum. sol. 30.

Pro eleuatione autem recipiant, quod taxatum est in alijs instrumentis.

Pro diuisionib⁹ factis mediantib⁹ Agrimensorib⁹, vel alijs Æstimatorib⁹, vsq; ad valorem lib. ducentarum, bon. decem; sol. 10.

A lib.

A lib. ducentis, vsq; ad lib. quingentas, bon. viginti in totum. sol. 20.

A lib. quingentis, vsq; ad lib. bis mille, bon. triginta in totum. sol. 30.

A lib. bis mille, vsq; ad lib. quinque mille, bon. quadraginta in totũ. sol. 40.

A lib. quinque mille, vsq; ad quamcunque summam, bon. quinquaginta semper in totum. sol. 50.

Pro eleuatione idem, quod est dictum infrà de alijs instrumentis.

Pro rogitu instrumentorum societatis Mercaturæ, vel alterius negocij, bon. sexdecim. sol. 16.

Pro eleuatione autem, pro vt in alijs instrumentis.

Pro rogitu instrumenti bestiarum venditarum, vel datarũ ad collaticum, seu in socidam, vel ad æstimationem, bon. quatuor. sol. 4.

Pro eleuatione, vt in alijs instrumentis.

Pro rogitu instrumenti pactorum possessionis, bon. octo. sol. 8.

Pro eleuatione, bon. sexdecim. sol. 16.

Pro rogitu locationis, seu affictus cuiuscunq; summæ, bon. octo. sol. 8.

Pro eleuatione verò, ꝓvt in alijs instr. habita ratione pensionum annualium.

Pro rogitu instrumenti census, vel societatis officij vna cum fideiussionibus, & releuationibus, vsq; ad scuta ducentum, bon. octo. sol. 8.

Ab indè suprà, vsq; ad quingenta, bon. duodecim. sol. 12.

Et ab indè suprà, vsq; ad quãcunq; sũmã, bon. sexdecim sẽp in totũ. sol. 16.

Pro eleuatione idem, quod infrà taxabitur in alijs instrumentis.

Pro rogitu compromissorum cuiuscunq; summæ, bon. decem. sol. 10.

Pro eleuatione duplum. sol. 20.

Pro instrumento adoptionis. sol. 16.

Pro instrumento emancipationis. sol. 16.

Pro eleuationibus prædictorum duplum. sol. 32.

Pro instrumento tutelæ, vel curæ vna cum fideiussionibus, & releuationibus bon. duodecim. sol. 12.

Pro eleuatione duplum. sol. 24.

Pro instrumento transactionis paruæ importantiæ, bon. octo. sol. 8.

In cæteris verò similib⁹ magnæ importãtię, ad sũmũ bon. sexdecim. sol. 16.

Pro eleuatione duplum. sol. 32.

Pro rogitu aliorũ instrumentorum quietationis, cessionis, venditionis, mutui depositi, & cuiuscunq; alterius contractus, continentium valorem scutorũ centum, vel minorem bon. quatuor. sol. 4.

A centum, vsq; ad quingenta, bon. octo in totum. sol. 8.

A quingentis, vsq; ad mille, bon. duodecim. sol. 12.

A mille, vsq; ad quamcunq; summã, bon. sexdecim semp in totum. sol. 16.

Quæ summæ ꝑdictæ nõ possint excedi ob obligationes, vel indẽnitates, siuè pacta opposita in ipso instrumento vltrà principale negocium.

Pro eleuatione autem pro primo centenario lib. habeant bon. decem. sol. 10.
Pro alijs centenarijs, bon. tres, vsq; ad quamcunq; summam. sol. 3.
Dummodò inter Ciues, comitatinos, & districtuales nostros non excedatur summa librarum duodecim.

Pro laudis, quãdo fabricatus est processus, habeant quartam partem illius, qđ debetur Arbitro, seu Arbitratori, etiam si plures fuerint Notarij, & semper cum eleuatione.

Pro possessione data in Ciuitate, vel extrà per vnum milliare, paulos quatuor, & extrà Ciuitatẽ, pro vt partes conuenerunt, & si non conueniant, duplum, dummodò non excedantur scuta duo.

Pro eleuatione verò bon. duodecim, sol. 12.

Pro instrumento facto coram Iudice cum solemnitatibus requisitis accipiant vltrà mercedem suprà taxatam, bon. quinque. sol. 5.

Pro eleuatione non alteretur posteà vllo modo merces.

Pro testamentis infimis, in quibus dispositum sit de hæreditate valoris scutorum quingentorum, vel minoris, pro rogitu habeant bon. sexdecim. sol. 16.

Pro medijs, videlicet à scutis quingentis, vsque ad scuta bis mille bononenos viginti quinque, sol. 25.

Pro importantibus, quæ excedunt dictam summam scutorum bis mille, vsq; ad quamcunque summam bon. quadraginta, sol. 40.

Et Notarij si requisiti fuerint, teneantur (secuta morte testatoris) accedere domum ipsius defuncti, & ibi alta, & intelligibili voce legere testamẽtum, seu codicillos, seu quamlibet aliam vltimam dispositionem, receptis tamen bon. octo ab hæredibus pro tali lectura, sol. 8.

Pro eleuatione verò, si hæreditas sit valoris lib. centũ, detracto ære alieno, & hæres scriptus nõ esset successurus ab intest. habeãt Notarij bon. viginti. sol. 20.

Pro alijs verò centenarijs bon. decem vsq; ad lib. mille, sol. 10.
Et ab inde suprà quantacunq; sit quantitas bonorum hæreditatis, bon. octo pro centenario, & ad rationem centenarij. sol. 8.

Dummodò merces Notarij inter Ciues, comitatinos, & districtuales non excedat summam lib. triginta duarum.

Si verò hæres scriptus esset testatori successurus ab intestato, recipere debeant Notarij pro mercede eleuationis, pro primo centenario lib. valoris hæreditatis bon. quindecim tantùm. sol. 15.

Pro alijs autem centenarijs vsquè ad summam lib. mille bon. sex. sol. 6.

Et ab inde suprà vsquè ad quamcunq. summam valoris hæreditatis, recipiant bon. quinq; pro centenario, & ad rationem centenarij. sol. 5.

Dummodò inter Ciues, comitatinos, & districtuales non excedatur summa lib. viginti quinque.

Et similis solutio fiat dictis Notarijs ratione codicillorũ, donationum causa mortis,

mortis, habito respectu ad valorem bonorum relictorum, seu donatorum, dũmodò inter Ciues, comitatinos, & districtuales non excedatur summa librarũ duodecim.

Pro eleuatione legatorum vna cum institutione hæredis, habeant pro continentia legati eandem mercedem suprà taxatam in testamentis, dummodò non excedant summam lib. octo bon. & paulos duos pro ipsa institutione.

Illa verò instrumenta, quorum taxæ in præsenti Statuto non sunt expressæ, debeant taxari iuxtà similia, arbitrio Prætoris.

Declarantes etiam, quòd dictæ summæ suprà taxatę non possint excedi in eleuationibus instrumentorum, vel testamentorum, vel aliorum rogituum, etiam antè dispositionem præsentis Statuti rogatorum; minùsquè duplicari, seu alterari valeant ob mortem ipsius Notarij rogati.

Onus autem soluendi rogitus iniugimus illi, siuè illis, quib⁹ liberatio, seu cõmodum affertur in ipsis instrumentis, ità vt, si vnus ex cõtrahentibus recipiat totum commodum, tota merces Notarij ab ipso soluatur; at si fauorabile sit instrumentum ambabus partibus, quælibet pars soluat medietatem mercedis; & de prædicta taxa fiat tabella, quæ in Archiuio secretariæ Communit. & ad Bancum Ciuile semper appẽsa teneatur, ac vbi Notarij continuò resident, seu morantur ad rogandum.

DE INSTRVMENTIS COMPLENDIS, ET OSTENDENDIS A NOTARIIS. RVB. LXI.

ITEM Statuimus, quòd omnes Tabelliones, Ciuitatis, vel districtus Forol. vel ẽt forẽses hic notariatus officiũ exercẽtes, qui sint rogati, vt scribant aliqua instrumenta, testamenta, vel alias vltimas volũtates, vel aliqua facta, siuè cõcessa per Pręlatos, vel p Capitula, vel p Rectores Ecclesiarũ, vel alias personas alicui personæ particulari, seu vniuersitati, seu Collegio, cõplere debeant, ac ea in authenticam formã eleuare, ac tradere cuicũq; petenti, recepta tñ sua mercede, infrà octo dies, postquã fuerint rẽquisiti; sub pœna lib. x. Prou. pro qualibet vice, qua cõtra factum erit. Et si contingat instrumenta, testamenta, vltimas ve veluntates, vel alios quoslibet rogitus, Notarij morte, vel alia de causa nõ fuisse per ipsum Notariũ extensa, possint, & debeant per aliũ Notariũ à Iudice dedeputandum extendi ad sensũ sapientis, cũ clausulis solitis, & cõsuetis; dũmodò appareat ipsa principalis dispositio cũ substantialib⁹. Mandamus ẽt tales Notarios teneri, & obligatos esse ostendere, totiès, quotiès fuerint requisiti, quæcunq; instrumenta, ac alias dispositiones publicas, cuilibet, ẽt nõ habẽti interesse; testamẽta autẽ, & vltimas voluntates post mortẽ testatoris, vel alterius disponẽtis; & ꝑ tali ostensione nõ possint recipere nisi duos bon. qualibet vice.

DE AGRIMENSORIBVS, ET ÆSTIMATORIBVS, AC EORVM MERCEDE. RVB. LXII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd de cætero nullus admittatur ꝓ Agrimensore in Ciuitate, vel districtu Foroliuij, nisi priùs fuerit approbatus, & admissus à Cõsilio secreto, & talis ità approbatus, & admissus antequàm officium exercere incipiat, teneatur se præsentare DD. Conseruatoribus, & ibi ad sancta Dei euangelia iurare se fideliter, ac diligenter mensuraturum, & quando opus erit, æstimaturum agros, muros, & domos, ac denique omni solicitudine, & fide suum officiũ exercitaturum, quib⁹ omnibus peractis, DD. Conseruatores ei concedant licentiam, & authoritatem in scriptis, ipsorum solito sigillo munitam, mẽsurandi, ac omnia ad artem Agrimensoris spectantia exercẽdi; & si quis in posterùm incipiet dictam artem exercere absque omnibus, & singulis solemnitatibus, non solum nullam mercedem habere possit, sed etiam eius mẽsuræ in iudicio, vel extrà nulla adhibeatur fides, & condemnetur in decem libras monetæ Prouinciæ pro qualibet vice. Et Agrimensoris, qui authoritatem habebit mensurandi, talis erit merces, videlicet

Pro qualibet tornatoria terræ cuiusuis generis, vsque ad ad numerũ decem tornatoriarum, bon. tres. sol. 3.

Ab indè suprà, vsque ad numerum viginti tornatoriarum, bon. duo pro tornatoria. sol. 2.

Et ab indè suprà, bon. vnus ꝓ singula tornatoria. sol. 1.

Nec possit quicquã petere pro suo viatico si mẽsurãdæ erunt viginti tornatoriæ, vel plus; sed si minor numerus mẽsurandus erit, possit ꝓ suo viatico petere bon duos ꝓ singulo milliario, quo terræ distabunt à Ciuitate Foroliuij. sol. 2.

Pro mensurandis verò muris, siuè domibus positis in Ciuitate, vel extrà possit petere pro singulis perticis, vsque ad numerum vigintiquinque perticarum, bon. vnum. sol. 1.

Et ab indè suprà, quatrenos tres pro qualibet pertica, & non plus.

Pro viatico autẽ nihil petere possit, si maior numerus vigintiquinque perticarũ mensurandus erit etiam in comitatu, si verò minor numerus, possit petere mercedem pro viatico suprà taxatam, videlicet bon. duos pro singulo milliario. sol. 2.

Pro mensurandis verò castellatis, vel dolijs habeat solidos quatuor pro qualibet castellata, seu dolio, & nõ plus, licèt castellata non esset plena. sol. 4.

Declarantes in omnibus supradictis, & infradicendis casibus mercedem soluendam esse, pro medietate à venditore, siuè alio modo alienante, & pro alia medietate ab emptore, siuè quoquomodo acquirente; & si erunt duo, vel plures Agrimensores, duplicetur merces, & inter eos æqualiter diuidatur.

Sed quan-

Sed quando electi erunt Agrimensores, vel alij periti ad æstimãdum, & diuidendum agros, siuè possessiones, soluatur pro mercede æstimandi, quãtum suprà est taxatum pro mensuratione, sed nihilominùs habeant etiam mercedem pro mensura, quando mensurauerint.

Pro æstimatione verò domorum positarum in Ciuitate, vel extrà, habeatur ratio ad valorem domus æstimatę; nam si vnus Agrimensor, vel alius peritus solus æstimabit domum valoris scutorum quingentorum, vel minoris, habeat pro mercede bononenos viginti pro singulo centenario scutorum. sol. 20.

A scutis verò quingentis, vsq; ad mille, bon. decem pro centenario. sol. 10.

Et ab indè suprà, bon. octo pro centenario, nec quicquam possit petere ꝑ mẽsuratione talis domus æstimatę. sol. 8.

Sed si duo, vel plures Agrimẽsores fuerint electi, vel quilibet alij periti, fabri, lignarij, ferrarij, vel fabricatores, merces suprà taxata duplicetur, & ea inter eos æqualiter diuidatur, & Agrimensores non possint aliquid vlteriùs habere pro mensuratione.

Volentes hoc præsens Statutum inuiolabiliter obseruari adeò, quòd Agrimẽsores, & alij æstimatores, & diuisores non possint aliquid accipere etiam à sponte dare volentibus, vltrà mercedem suprà taxatam, sub prætextu laudi; sub pœna librarum decem monetæ pro qualibet vice, qua contra factum fuerit: & pacta, seu conuentiones pro alteratione mercedis nullo modo teneanr, nec ad illorum obseruantiam quisquam arctari possit, non obstantibus aliqua lege, constitutione, seu consuetudine, vel abusu in contrarium facientibus; & iuramentũ desuper interpositum, dolo, & fraude extortum censeatur, & nihil operetur.

DE PROXENETIS, SEV SENSALIBVS. RVB. LXIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si quis Proxenetam, vel (vt vulgò dicitur) Sensalem esse voluerit, teneatur se præsentare coram DD. Conseruatoribus pro tẽpore, & penès eos instare, vt à Consilio secreto approbetur, & admittatur; aliàs non possit huiusmodi officium exercere, & si exercuerit, tunc in iudicio, vel extrà mercedem cuiusuis contractus petere, vel consequi nequeat; qui autem à Consilio secreto ad tale officium fuerit admissus, debeat literas patentes à DD. Conseruatoribus nomine dicti Consilij etiam obtinere, & taxam infrascriptam inuiolabiliter obseruare, sub pœna priuationis officij, & lib. x. bon.

Merces autem prædicti sic admissi erit talis, nam pro contractibus, per eũ tamen tractatis, & conclusis, seu perfectis, habeat à scutis quingentis infrà, scutum vnum pro quolibet centenario. v3 scut. 1.

A scutis

A ſcutis verò quingentis ſuprà,vſq; ad quamcunq; ſummam,recipiat medietatem ſcuti pro ſingulo centenario.

Dummodò prędicta merces inter Ciues,comitatinos, & districtuales Foroliuij non excedat ſummam ſcutorum decem. ſcut. 10.

Quam exigere debeat pro rata à quolibet contrahente poſt perfectionem,& concluſionem contractus.

DE OFFICIO TVBICINVM COMMVNIS FOROLIVII. RVB. LXIIII.

TVBICINES, qui à Cõmunitate Foroliuij ſunt ſtipendiati,teneantur fideliter,ac diligenter ſuum officium exercere ſeruiendo, & obediẽdo, tàm D. Gubernatori Ciuitatis,ac alijs officialibus DD. Superiorũ, quã DD. Conſeruatoribus,Poteſtati,ac cæteris officialibus Communitatis; publicãdo,præmiſſo ſono tubę,in locis conſuetis,quęcunq; bannimenta DD.Superiórũ, Gubernatoris,Conſeruatorum,& officialium,ac etiam citationes contrà aliquos inquiſitos,vel accuſatos in cauſis criminalibus,ac etiam pecuniarias, vel corporales condemnationes,vt mos eſt. Debeant pariter ſono tubæ,ac etiam voce,& ad feneſtras Palatij,& etiam per Ciuitatem, quando ità videbitur DD. Conſeruatoribus,vocare conſiliarios ad conſilium; ſimiliter vnuſquiſq; ex eis,quando fient incantus Datiorum Communitatis,debeat,& teneatur ipſos ſono præmiſſo manifeſtare,publicare,ac dicere intelligibili voce,ſicuti in prædictis eiſdem dictabitur per vnum ex Cancellarijs Communit.& etiam alta voce dicere pretium plus offerentis,donec perfectus erit incantus. Teneantur pariter inſimul ire tuba antè DD.Conſeruatores euntes collegialiter per Ciuitatem,vel ad Eccleſias,tàm diebus feſtiuis,quàm non feſtiuis;ac etiam ad feneſtras Palatij,vt mos eſt ſono tubæ Deiparam Virginem, Aduocatam noſtram ſono ſalutationis Angelicę,honorare;& hæc omnia,& ſingula,quæ DD. Conſeruatores præcipient ipſis, & cuilibet ipſorum,teneantur facere,ac obſeruare fideliter, abſq; aliqua receptione mercedis,præter ſalarium ordinarium, ac mercedem ipſis taxatam in capitulis tubæ; & ſi in aliquo prædictorum defecerit,incurrat quilibet ipſorum in pœnam ſolidorum quinq; retinendorum ex ſuo ſalario.

DE BARICELLO, SEV EXECVTORE, ET EIVS MERCEDE. RVB. LXV.

AD refręnandam Executorum temeritatem,quæ in diès inoleſcere videtur,ſtatuimus,atq; ordinamus,ne ſit aliquis, tàm audax executor, ſiuè

birruarius

biruarius,qui in Ciuitate, comitatu,vel districtu Foroliuij aliquam facere, vel consumare præsumat,vel tentet executionem ciuilem,vel criminalem, realem, vel personalem contrà quemuis quomodolibet, ad instãtiam cuiusuis, etiam Fisci,tàm in Ciuitate,quàm in territorio,& districtu,nisi cum mandato competentis Iudicis, illudquè in scriptis ostendere teneatur in ipso executionis actu cuilibet petenti,aliàs nullam habeat mercedem; & nihil ēt possit accipere,nisi executione realiter, & cum effectu facta; concedatur tamen captura contrà delinquentes in fragranti crimine repertos,vel cōdemnatos. Et cum sit perniciosum valdè executores esse eiusdem loci,& Ciuitatis,mandamus nullum conterraneū, ac etiam forensem vltrà sex annos tñ cōtinuos habitatorē in Ciuitate, vel comitatu, siuè districtu Foroliuij exercere posse officium executoris,seu biruarij,minùsq; cum eis commercium, seu familiaritatē habere, iuxtà Rescriptū Illustriss. Card.Pinelli tūc à latere Leg.Prou.Romād. sub die xx. men.Oct.MDLXXXVI.

Insuper prohibemus,& expresè mandamus ne aliqua executio ciuilis à quouis Iudice fieri valeat,vel consumetur per quemuis executorem Foroliuij,vel forensem absq; præsentia Plazarij in socium executorum,qui omnes incontinenti, vel die sequenti capta pignora cuiuscunq; sint generis portare,& actualiter consignare teneātur officiali Massaroli,& ad libros eiusdem officij describi, & annotari facere cum tenore mandati executiui,& fideli relatione de executis per eos.

Si tamen in actu executionis debitor incontinenti voluerit soluere, vel deponere omnē pecuniarū quātitatē debitā, & in executione cōtentā, & verè soluerit, seu deposuerit,tūc Baricellus,seu biruarij penitùs se abstineāt à captura pignorū, vel bestiarū; aliàs omninò pro mercede sua nihil petere,& consequi possint.

Caueant insup executores huiusmodi ab inferēdis violentijs cōtrà quēpiā,sed humaniter eorū officiū exequantur,nec circà eorū mercedes,ēt sub ꝑtextu donationis,à spontè dantib⁹ aliquid vltrà illis taxatā portionē exigere, siuè potiùs extorquere audeant,sub pœna arbitrio Rectoris Prou. imponenda, ad quam teneri volumus Baricellū Ciuit.ꝓ familia,& biruarijs suis. Pariterq;oīa ea,quę sup præmissis in cōtemptum,vel cōtrà formā ꝓsētis Statuti sequuta forent, ꝓ nullis, nulliterq;ac temerè factis iudicamus, & tanquā de facto factis, in omnib⁹,& p oīa haberi mandamus; iniungentes pignora, si quæ ablata forent,restitui, captumq; liberè,& sine expensis relaxari,nec nō eosdē cōtrafacientes, & cōtrafieri mandātes teneri ad refectionē omniū expensarū, & damnorū p Reum passorum; cui ēt licere volumus vti actione iniuriarū,& desuper penès Cōsilium secretū significari volumus Iudici causæ transgressionem,temeritatem, atq; extorsionem perpetratam per talem executorem,vt illum punire possit, ēt grauiùs arbitrio suo.

Quo verò ad mercedē Baricelli, seu executoris ordinamus, quòd Baricellus Ciuitatis Foroliuij pro executione reali, vel personali, collectarum, & publicarum impositionum,ac debitorum, tā ad instātiā Depositarij, quàm Præfectorū Annonæ,& similiū,nō possit accipere ꝓ quacūq; sūma,vltrà medietatē vnius

carleni pro qualibet executione si in Ciuitate, vel suburbijs facta fuerit; si verò in comitatu carlenum vnum pro qualibet executione cuiuscunq; sit summæ.

In cæteris executionibus ciuilibus Baricellus habeat medietatem mercedis taxatæ per Magalottam, iuxtà edictum Illustriss. D. Car. Sfortiæ tunc a latere Legati, de ordine sanctiss. D. N. Gregorij xiiii. fel. mem. publicatum Foroliuij sub die x. Iunij M D LXXXXI. v3 si in Ciuitate executionem fecerit personalé, vel realem, vsq; ad summam vigintiquinq; librarum, habeat quatrenum vnum cum dimidio pro libra, ab indè suprà vsq. ad quamcunque summam, quatrenum vnum pro libra, dummodò non excedat quantitatem lib. sex, & bon. sex.

Si executio facta fuerit extrà Ciuitatem, & suburbia, merces prædicta duplicetur, dummodò non excedat summã lib. duodecim, & bon. duodecim in totũ.

Sed si aliquem tanquã suspectũ de fuga in Ciuitate capi contigeret à quinquaginta libris infrà, habeat Baricellus carlenum vnũ cum dimidio, à quinquaginta suprà vsq; ad quamcunque summam, carlenos duos cum dimidio, si autem equitare cõtigerit, vel captus sit forẽsis, duplũ habeat, & nihil vltrà petere possit.

In mãdatis verò relaxatis ab Equite Custodiæ, vel eius socio, & executis à Baricello, seruetur id, quod dispositum est suprà in Rub. de Equite, & socio Custodiæ, sub cap. v.

Declarantes Baricellum nihil prætendere, vel consequi posse pro arrestis, seu executionibus faciendis alicui carcerato pro debito Communitatis, vel alterius personæ particularis, traditis tamen per ipsosmet creditores in manibus custodis carcerum, sed ipse custos habeat pro singulo arresto cuiusuis summæ bon. duos ab ipso arrestato.

In criminalibus autem si Baricellus aliquem ceperit condemnatum, vel condemnandum in pœnã mortis, si vltimo supplicio tradatur, habeat de spolijs, vel bonis illius scutos decem; si verò nihil habuerit, nihil petere possit.

Si verò ceperit reum condemnatum, vel condemnandum in pœnam amputationis mẽbri, vel sanguinis, si mẽbrũ fuerit abscissum, & pœna sãguinis executa, habeat similiter de spolijs, & bonis Rei, scutos quinq; cũ distinctione prædicta.

Si autem Baricellus ceperit aliquẽ condẽnatũ, vel condẽnandũ in pœnã corporis afflictiuã, v3 fustigationis, aut torturę in publicum, vel similis (si Reus fuerit fustigatus, vel tortus) habeat scutos duos cũ dimidio, cũ pcedẽti distinctione.

Et in casib⁹ pdictis si Reo p Principẽ, vel aliter gratiosè pœna fuerit remissa, habeat Baricellus mercedem suprà taxatam, ac si pœna missa foret executioni, vel aliàs arbitrio Rectoris Prouinciæ.

Si verò pœna mortis, vel corporis afflictiua fuerit in pecuniariam commutata, si sua industria, & arte fuerit facta captura, habeat ad rationem vnius bon. cũ dimidio pro qualibet lib. pœnę, vsq; ad quamcunq; summam, dummodò nõ excedat quantitatem viginti scutorum.

Si captura facta fuerit cum commissione, habeat solidum vnum pro qualibet

libra, si

libra, si executio facta fuerit in Ciuitate, vel suburbijs, dummodò non excedat summam decem scutorum.

Et si longius equitare oportuerit, habeat solidũ vnũ cũ dimidio ꝓ qualibet lib. ꝓ quacunq; summa, dũmodò non excedat eorũ executio scutos quindecim.

Et idem in omnibus seruetur, si Baricellus ceperit aliquem condemnatum, vel condemnandum in pœnam pecuniariam.

De captis verò absoluendis, seruet ordinationẽ factam à dicto Magalotto de Baricello generali, nec vltrà accipere possit.

Si captus absq; mandato fuerit absolutus, vel innocens repertus, nihil pro sua executione accipiat; si cum mandato aliquem pro pœna capitali ceperit, tunc si reus vrgentibus inditijs laboret, vt possit de iure torqueri, si executio facta fuerit in territorio, vel districtu, habeat scutos quinque; si autem in Ciuitate scutos tres; si pro pœna amputationis membri, vel sanguinis, si in territorio, vel districtu scutos tres, si in Ciuitate scutos duos.

Si autem ceperit aliquem pro quacunque pœna corporis afflictiua, in casu absolutionis, si similiter vrgentia sint inditia, si in territorio, vel districtu scutos duos, si verò in Ciuitate scutum vnum.

Sed si aliquem ceperit pro quacunque pœna pecuniaria, si in territorio, vel districtu in casu absolutionis, habeat à centum libris suprà scutos duos, si in Ciuitate scutum vnum.

A cẽtum libris infrà in casibus prædictis medietatem mercedis prædictæ, seruata semper supradicta distinctione de inditijs.

An inditia fuerint sufficientia, stare debeat dicto D. Gubernatoris, vel eius Locumtenentis.

Quando verò inditia non sunt ad quęstionem sufficientia, vel reus spontè in carcere se constituerit, nihil petere possit.

Sed si ceperit aliquem condemnatum, qui fuerat absolutus, siuè gratiam obtinuerat, vel pœnam soluerat, sed de libro non fuerat cancellatũs, vel gratiam Iudici non præsentauerit, quia executio facta fuit culpa ipsius non facientis se cancellari, ideò Baricellus habeat, si pœna erat capitalis scutos duos; si corporalis, vel corporis afflictiua scutum vnum; si pecuniaria à decem scutis infrà carlenos quinq; à decem scutis suprà carlenos decem.

Si verò captus cancellarũ fuerat de libro, vel fidem de absolutione fecerat, siuè gratiam præsentauerat, nihil penitùs habeat.

Et si aliquis ex mandato Gubernatoris fuerit detentus in Palatio, pro executione nihil habeat Baricellus, si verò de eius mandato detentum in Palatio carcerare contigerit, habeat pro executione medietatem eius, quod suprà, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus est dispositum.

Et si visũ fuerit Guber. quempiã capi facere pro verbis iniuriosis, pro insultu, & riza sine armis, pro suspicione de aliquẽ offendendo, pro eundo de no-

cte sine lumine, pro ludo illicito, vel similibus leuibus delictis, si posteà Gubernator gratis sine solutione, vel cum fideiussionibus captum relaxari madauerit, tunc si executio facta fuerit in Ciuitate, vel suburbijs, habeat Baricellus carlenos tres, si in cõitatu carlenos sex; nisi captus soluerit aliquam pœnam, quia eo casu habeat Baricellus ratam dictæ pœnæ secundùm ordinationem prædictam, & executio, quam habuerit, in beneficium soluentis compensetur.

Et si contigerit aliquem captum, pendẽte processu, antè expeditionem causę, volentem se defendere, vel alia causa, relaxari, habeat Baricellus suprascriptam mercedem de leuibus delictis taxatam, & non vltrà, & expectet iudicij euentũ.

Si reus fuerit condemnatus, habeat ad rationem prædictam; si verò fuerit absolutus nihil vltrà petere possit, nisi vt suprà dictum est.

Et si ceperit aliquem, qui post capturã docuit de solutione pœnæ, vel de absolutione, vel gratia, vel aliàs se cũ Camera cõcordasse, idẽ seruare teneatur, qđ dictum est per Magalottum de Baricello generali.

Et si cõtigerit, quòd de mandato Baricellus faceret aliquam bonorũ descriptionem in causis criminalibus, habeat in Ciuitate medietatem vnius scuti, si in comitatu scutum vnum, & Baricellus non possit aliquem captum carcerare, nisi in mandatis hoc habuerit, sed illum teneatur ad præsentiam Gubernatoris ducere, & de eo disponat, vt Gubernatori visum fuerit, & si contrafecerit, nullã habeat executionem, seu mercedem.

Et si contigerit Baricellũ, vel eius biruarios pro aliqua executione facienda in comitatu hospitari, habeant solum hospitiũ, stramẽ, & ligna pro suo, & equorum vsu; reliqua verò suis proprijs sumptibus sibi emãt, nec possint vltrà vnam noctem in vna eadem villa hospitari. Et si in dictis locis, in quibus contigerit eos morari, sint hospitia publica, eo casu nil à comitatinis habeant, & non possint in cõitatu ire, nisi ad expedienda negocia ipsis, per Gubernatorẽ, vel Thesaurarium, vel Communitatẽ, commissa, quam expeditionem debeant habere in scriptis; & si pro delicto alicuius in comitatu equitauerint, hospitentur in domo delinquentis, vel proximiorum.

Declarantes, quòd si Baricellus habuerit mandatum executiuũ, vel eius copiã contrà aliquem, & illud tenuerit per tres dies, & nõ fecerit executionem realem, vel personalem, teneatur illud creditori petenti restituere ad effectum, vt ipse creditor possit cuicunq; executori sibi beneuiso dare, vt exequatur, pro vt authoritatem sic faciendi eidem creditori, & tali executori sic exequendi per præsens Statutum concedimus. Prohibentes fieri, vel cõsumari posse aliquam executionẽ, seu mandatũ in libris, vel alijs scripturis Doctorũ, vel Scolariũ, similiter in armis, vel equis militum, nec non in protocollis Notariorum, ac etiã in bobus aratorijs, aratro, & in cæteris instrumẽtis destinatis ad vsũ cãpi, seu agriculturæ.

De Plaza-

DE PLAZARIIS, ET EORVM MERCEDE. RVB. LXVI.

NEMO sit, qui sub quouis prętextu, & excusatione audeat officium Nuntij, siuè Plazarij exercere in Ciuitate, territorio, & districtu Foroliuij, vel in ciuilibus, vel in criminalibus, nisi sit primò approbatus, seu deputatus à Consilio secreto Ciuit. nostræ; & literas suas patentes ostendere quilibet teneatur cuicunq. Iudici, siuè Conseruatoribus Ciuitatis, quotiescunque requiratur, sub pœna librarum quinque, vltrà nullitatem actorum, seu relationum, per quemuis temerè in contrarium faciendorum, à quolibet Iudice, vel etiam à Consilio secreto declarandorum; & quilibet sic admissus teneatur, priusquàm officium adeat, iurare in manibus magistratus DD. Conseruatorum de fideliter exercendo, & mandatis DD. Superiorũ, & Iudicũ Ciuitatis parendo, illisq. promptè, & Cõmunitati, siuè eius officialibus in seruitijs publicis gratis inseruiẽdo, sub pœna priuationis officij; possitq; quilibet eorum remoueri ab officio huiusmodi ad nutũ Consilij secreti: nec D. Gubernator, siuè Notarij, minùsq; Causidici eorumdem aliquem in iudicio, vel extrà pro publico, & legitimo Nũtio admittant, nec appellari consentiant, nisi pręmissis omnib⁹ supradictis; omnesq; & quilibet ipsorum Nuntiorum teneatur, sub pœna suspensionis ab officio, ipso facto incurrenda, se præsentare personaliter quotannis corràm nouo magistratu DD. Conseruatorum in prima die anni, & petere resslignari, & actum illũ comparitionis, in signum obedientiæ, describi penès acta publica tribunalis eiusdem Magistratus; & ab ipso tunc ex eisdem Plazarijs vnus declaretur, siuè approbetur sufficiens ad contemplationem Baricelli Ciuitatis pro inseruiendo sibi, & executoribus suis in ciuilibus, cuius officium per annum tantùm duret, ab eo tamen fideliter exerceatur, & rationem pignorum ablatorum reddere teneatur. Veruntamen, ne extorsiones huiusmodi Nuntiorum, sicut in diès fieri videtur, augeantur, volumus per magistratum DD. Conseruatorum, expensis publicis deputari, in dicta die prima anni, vnus ex prædictis, qui in Ciuitate pro citationibus, & præceptis criminalibus inseruiat officio Cancellarię criminalis Gubernatoris, vel etiam curiæ generalis, dum Foroliuij commoratur; mercesq; illius ad rationem mensis declaretur arbitrio Consilij secreti, & per Cõmunitatẽ persoluatur, cum licentia tamen DD. superiorum, nec aliud à quopiam priuato prætendere valeat, etiam sub prætextu inuentariorũ factorũ, vel alterius cuiuscumque laboris, nec sit alius, qui in tali officio se ingerat, nisi à Gubernatore, vel Conseruatorib⁹ ex aliquo accidenti aliter fuerit ordinatũ. Pariter ad obuiandũ excessibus dictorum Nuntiorum, eligi mandamus alios duos similes Plazarios à comitatinis pro inseruiendo eidem Cancellariæ criminali in territorio tantùm

Foroliuij,

Foroliuij, à quibus debita eisdem persoluatur merces,& idem fieri volumus per Antianos Castrorum Petræ Appij,Rocchæ Elmicis,& Flumanæ.

Relationesq; eorumdem in sibi impositis, iniunctis officijs,seruitijs,siuè ambasciatis executis fideliter,& diligenter, ac sine fraude per eos, eadē die in Ciuitate fiant, & extrà,die sequenti, vel ad plus infrà biduum post executionem, sub pœna arbitrio D.Gubernatoris imponenda.

Sectantes insuper solitas prouisiones pro bono publico decernimus, quòd omnes prædicti Nuntij in posterùm admittendi saltem legere sciant ;& ne Plazarij Ciuit. Foroliuij sibimet ipsis ius dicant circà eorum mercedes in commissionibus ciuilibus per eos exequēdis, statuimus,& ordinamus p ipsos,& quemlibet eorum seruari debere infrascriptam solutionum taxam, quam nullo pacto excedi posse volumus; immò tempore iuramenti per eos præstandi in manibus DD.Conseruatorum in principio sui officij promittere teneantur eandem taxam obseruare, nec illam, sub prætextu consuetudinis, siuè alia quauis excusatione excedere, sub pœna priuationis officij, & librarum decem monetæ Romandiolę,ipso facto in casu contrauentionis,incurrenda;& si casus dederit, quòd p prima vice transgressionis quis eorum gratiatus fuerit per Consilium secretum Ciuitatis,cui in hoc authoritatem competere dicimus, & iterū secunda vice cōtrafecerit,tunc per Gub. Ciuit. procedatur contrà delinquentem, vsq; ad pœnā fustigationis,vltrà priuationem officij, ad quod restitui non possit.

TASSA DELLE MERCEDE DE PIAZZARI.

PER citationi, ò precetti,intimationi,copie ciuili del Gouernatore, Podestà, ò altri Iudici della Città di Forlì,& per bollettini della syndicaria,ò simili, dati nella Città, habbia quatrini trè. q. 3.

Per le citationi,precetti,inhibitioni, & altre simili della corte generale, & di Roma, date nella Città, quatrini sei. q. 6.

Per citationi,precetti,ò copie criminali,tanto del Gouernatore di Forlì,quāto della corte generale,date nella Città, bolognini duoi. sol. 2.

Per citatationi precetti,intimationi,ò copie ciuili di Forlì, ò della corte generale,ò di Roma,fuori della Città vn miglio intorno,bol. duoi. sol. 2.

In criminale, il doppio. sol. 4.

Et oltre vn miglio,bol. vno per miglio,ò in ciuile, ò in criminale. sol. 1.

Sia quanto si voglia lontano,pur che non ecceda il territorio,& distretto,nel qual caso la presente Tassa non habbia loco.

Quam taxam seruari volumus in criminalibus quousq; fuerint deputati Plazarij à Ciuitate,comitatu,& districtu,de quibus suprà in hac Rubrica.

Capitoli

CAPITVLA MASSAROLI SANCTI MONTIS. RVB. LXVII.

MASSAROLVS S. Montis Pietatis habet propria Capitula, quæ vt omnibus innotescant,& inuiolata seruentur, hic congruè vulgari sermone apponenda esse duximus,prout iacent. v3

1 Primo, che tutti i pegni leuati da qual si voglia essecutore, ò à Contadini, ò à Cittadini,siano portati al Massarolo del santo Monte della Pietà.

2 Che il Massarolo,hauuta cõsideratione à detti pegni, habbia à far distitione, secõdo gl'ordini del sãto Mõte, di quelli, che hauranno à star nel Mõte 18. mesi, e di quelli,ch'hauranno à star sei mesi,da quelli che nõ v'hauranno à star più che quindici giorni,e di tutto habbia à tener buona cura,e custodia,scriuendo separatamente sù trè libri legali,& mercantili quelli delli 18. in vno,gl'altri delli sei in vn'altro,e quei delli quindici giorni nell'altro;notãdo in essi nõ solo il pegno, e qualità sua,ma anco il nome del Patrone del pegno,del creditore,e dell'essecutore,& il giorno che li sarà consignato.

3 Che p. li pegni leuati alli Cittadini sin'à duoi scudi,il Massarolo accordi il creditore,& anco sin'a otto scudi,se dal Priore li sara ordinato,ne possa subhastarli prima che passati i sei mesi d'ordine del Priore, e Signori ventiquattro,secõdo la dispositione de' Capitoli del santo Monte.

4 Se il pegno eccederà la quantità sudetta,e non li sarà dal Priore ordinato come di sopra,in tal caso il Massarolo non sodisfarà altrimẽti il creditore,ma notarà sul suo libro (come di sopra si è detto) il pegno, e sua qualità, il nome del Patrone del pegno,e dell'essecutore, e il giorno della consignatione, e passato il termine prescritto dal Statuto nostro sotto la Rub. xxxxviii. de subhastatione pignorũ del presente libro, instandone la parte in forma legitima, li farà subhastare per vn quarto mãco di quello, che saranno estimati;& liberati che sarãno,e pagato il creditore,e l'essecutore,e detratta la elemosina p il Monte,il Massarolo notarà l'auanzo in vn libro, per darlo al Patrone del pegno ad ogni sua requisitione.

5 Se il debitore accordarà il creditore innãzi al tempo della subhastatione,nõ si possa leuar'il pegno sẽza espressa licẽza in scritto del creditore, e pagata la mercede al Massarolo, che in questo caso habbia d'hauere duoi bolognini p pegno, se ben fossero più pegni,purche sia per vn debito solo.

6 Se il pegno sarà subhastato,seruati i termini legitimi,la elemosina p il Mõte sarà à ragione del denarino,che si paga per li pegni della Città, tanto,quãto importarà per quel tempo,che sarà stato il pegno al Massarolo.

7 Se l'essecutione sarà fatta nelle bestie,quelle debbano esser poste sù l'hosteria, che dal Massarolo li sarà assignata, per la quale si pagano lo stalatico bol. 4. per bestia grossa, e per minuta bol 2. ne possa compotarsi se non li giorni intieri.

8 Se l'essecutione sia fatta nè beni stabili,di questo ne sia data notitia al Massarolo cõ li confini,acciò possa informarsi del valore di essi,e secondo tale informatione sia-

tione siano posti all'incanto per vn quarto mãco dell'estima, la quale debba esser fatta da doi periti approuati dal Priore, e Signori ventiquattro, e p sua mercede il Massarolo non habbia ad hauere più di quello s'è detto de gl'altri pegni.

9 Che tutti gli emolumẽti, che il Massarolo ritrarrà di quei pegni che in termine di quindici giorni sarãno subhastati, siano posti in vna cassetta, che dal Priore li sarà assegnata, e di quelli detratta la mercede, che al Massarolo p sua fatica sarà assegnata dal Priore, se n'habbi à maritar Cittelle, secondo gl'ordini soliti del santo Monte.

10 Che il Massarolo non possa mai ne per se, ne per altri, ne sotto altro quesito colore comprare, ò far comprare pegno che sia incantato, ò mobile, ò stabile, ò se mouente, che sia, sotto pena di perdere il pegno, e l'vfficio, e dieci scudi d'applicarli la metà all'hospitale de Mẽdicanti, vn quarto all'accusatore, l'altro al santo Monte per maritar Cittelle.

11 Se stãdo qui la corte saranno da gl'essecutori portati pegni forastieri, ò monete, bestie, ò che anco l'essecutione sia fatta in beni stabili, s'osserui il medemo, ch'è stato detto di sopra nè pegni della Città, fuorche nella subhastatione de beni stabili, la mercede del Massarolo sia trè quattrini p lira, pur che qual si voglia quantità non passi doi scudi d'oro.


12 Che per l'auuenire il Trõbetta, per tutte le subhastationi, che farà per cause ciuili, ò criminali, non possa pretendere, sino alla somma di diece lire, più che trè quattrini per lira, dalle diece lire alle trenta, due quattrini, e de lì in sù vn quattrino p lira, saluo sempre à fauor suo li trè quattrini per lira delle lire diece prime solamente, con questa conditione, che per vna medema causa non possa eccedere vno scudo d'oro da soldi ottantaquattro, sia grande la sõma quãto esser si voglia.

13 Alli due Estimatori, vno de quali sarà Agrimẽsore (potendosi hauere) & sarà obligato misurar tutto quello deuranno estimare, non sia lecito transgredire l'infrascritta Tassa da diuidersi frà di loro per mezo. cioè

Dentro alla Città sino à lir. 100. bolognini venticinque.	sol.	25.
sino à lir. 200. bolognini cinquanta.	sol.	50.
sino à lir. 400. bolognini sessantacinque sempre in tutto.	sol.	65.
E de lì in sù per qual si sia quantità, bolognini cẽto, senza mai passare.	sol.	100.
Fuori della Città, nel territorio, ò distretto sin' à lir. 100. bol. quarãta.	sol.	40.
E sino à lir. 200. bolognini sessanta.	sol.	60.
E sino à lir. 400. bolognini cento.	sol.	100.
E sino à lir. mille, bolognini cento cinquanta sempre in tutto.	sol.	150.
E di lì in sù sia la somma grande quanto esser si voglia.	sol.	250.

Ne questa possa eccedersi mai per tempo alcuno per qual si voglia caso.


LIBRI SECVNDI FINIS.




STATVTORVM
CIVITATIS FOROLIVII
LIBER TERTIVS.

MALEFICIORVM


V A C A T.





STATVTORVM CIVITATIS FOROLIVII LIBER QVARTVS.

DAMNORVM DATORVM.



DE DAMNIS DATIS. RVB. I.



OFFICIVM damni dati locatur à Communitate Foroliuij ad incantum, seù subhasta ad extinctionem luminis candelæ more solito, ac iuxtà dispositionem Bullæ Clementis Papæ VIII. fel. recor. super bono regimine Communitatum editæ, & cum infrascriptis capitulis, quæ omninò obseruari volumus, & statuimus.

PROEMIO.

PERCHE per il timore della pena si vede per proua, che molti s'astengono dal male operare; però hauendo i nostri Maggiori voluto prouedere, che i cattiui si rimanessero dal danneggiare la robba, e cose altrui, instituirono questo vfficio de danni dati, il quale consiste in ritrouare attualmente, ò persone, ò bestie danneggiare, con imporui vna certa pena, secondo la qualità del dáno, differente dall'vfficio della Balìa; poiche in questo si paga veramente il danno al patrone dannificato, & in quello si paga la pena alla Communità, ò à chi da quella conduce l'vfficio. Il Giudice però di questo vfficio sarà quell'istesso, che sarà estratto per la Balìa, & douerà sedere ogni sabbato giuridico à render raggione, il qual restarà contento delle sportule contenute nel capit. xxix. del-

T 2 la Balìa

la Balìa,& dell'emolumēto assegnatoli dal contà, che sono sol. 40. il mese, & così con questo salario seruirà à tutti due l'vfficij.

Del Conduttore. Cap. I.

IL conduttore del danno dato sia tenuto essercitarlo bene, e diligentemente senza alcuno inganno, ò fraude; & di trè mesi in trè mesi pagare in mano del Thesauriere, ò Depositario della Communità la rata dell'affitto conuenuto; Et quando per non pagare à debiti tempi la Communità patisce danno, ò interesse alcuno, esso sia obligato à reintegrarla, nè possa, nè li sia lecito per tempo alcuno far ritentione di detti danari, sotto qual si uoglia pretesto; sia tenuto nōdimeno dare idonea sigurtà p detti pagamēti da essere approuata dal Consiglio Generale, & il tutto cōforme alla sudetta Bolla del buon gouerno di Clemente viij. santa memoria. Prohibendo sotto pena di scudi 100. d'applicarsi per vn' quarto alla Camera Apostolica, vn'quarto alla fabrica del Palazzo, vn'quarto all'accusatore, & l'altro all'essecutore, che alcuno etiandio sotto nome proprio cōduca tal vfficio per altri; ò possa mettere alcuno à parte, ò cedere ad altri le sue raggioni senza volontà, & consenso del Conseglio secreto.

De Caualcanti. Cap. II.

ACCIOCHE il contado sia sufficientemente custodito da danneggianti, il conduttore debba deputare sedici huomini atti, & idonei à tale vfficio, li quali si denomineranno caualcanti, cioè che douranno stare in continuo moto, andando di giorno, e di notte ricercando per tutto il contà coloro, che daranno, danno, ò per sè, ò con bestie, ò in altro modo; li quali però non possano caualcare senza cōpagnia d'vna persona, da deputarsegli da gl'vfficiali del contà, la quale si denominarà guardia; prohibendo però à essi caualcanti nell'atto del suo vfficio il poter portare armi di sorte alcuna, eccetto il spontone, hasta, ò bastone. Et questi caualcanti ogni sabbato insieme con la guardia si ridurranno nell'vfficio à fare scriuere in presenza dell'vfficiale, ò scontro dell'contà tutte l'inuentioni della settimana.

Delle Guardie. Cap. III.

L'Vfficiale del contà sia tenuto ogni sabbato dare al detto conduttore otto huomini, li quali si chiamano guardie, l'vfficio de quali sarà d'andare con li caualcanti cercando i dannifficanti, & conoscere se l'inuentioni siano legitime, & vere. E perche non possono li caualcanti andare senza queste guardie, però quando il conduttore, per non hauere queste guardie patisce, & che il difetto venesse

nesse dall'vfficiale del contà, esso sia tenuto rifare al conduttore ogni suo danno,& interesse. Quando poi procedesse dalle guardie,che cōmandate non s'appresentassero il sabbato alla debita hora, esse incorranno, & ciascuna di quelle incorra in pena di sol. venti, d'applicarsi al conduttore; e sia tenuta nondimeno andare.

Quali inuentioni siano legitime. Cap. IIII.

L'Inuentioni, che non saranno consentite dalla guardia,non vagliano,& siano nulle; & parimente siano nulle,& inualide,se saranno scritte,e notate senza la presenza dell'vfficiale,ò scontro del contado. E perciò esso vfficiale, ò scontro del contà ogni sabbato à hora competente douerà ritrouarsi al detto vfficio, accioche il conduttore,li caualcanti,& le guardie non perdano tempo,nè stiano impedite. E perche possa apparire se l'inuentione sia stata notatā con la presenza sua,ò nò, debba esso similmente notare de verbo ad verbum le medesime inuētioni,le quali quando nō si ritrouerāno scritte al suo libro, si debba presumere,che siano state scritte senza lui. E non solamente l'inuentioni riceuute altrimenti saranno nulle, & inualide, mà il conduttore, & chi le farà notare,cascarà ciascuno,& ciascuna volta in pena d'vn scudo,d'applicarsi come di sopra nel primo capitolo.

In quali cose si possa accusare. Cap. V.

SI potrà accusare per danno dato in terre seminate,in canneti,e berlete,vigne, selue,lazzare, & in piantate, che non haueranno trè anni,& in arbori d'ogni sorte, & altre cose seminate nel contado. E similmente si potrà accusare tutte le bestie, che saranno ritrouate negl'argini del fiume Montone,dalla strada noua sino al passo di vigho, etiandio che le bestie fossero de lauoratori delle possessioni contigue à detti argini. Parimente si potrà accusare nelle terre bandite,eccettuate le stoppie bandite per segare, nelle quali non si possa accusare passata la festa di Santa Maria del mese d'Agosto, eccettuando anco, che non si possa accusare bestie pecorine, & porcine in selue, ò berlete, che haueranno passato l'anno della tagliatura;l'anno della tagliatura però, s'intenda in questo modo,se la tagliatura sarà fatta d'inuerno, che comincerà esser bandita dal principio di Marzo all'hora presente,sinò à tutto l'altro Marzo dell'anno seguente; & se la tagliatura si farà d'Agosto, ò di Settembre cominci l'anno all'hora, & duri sin à tutto Settembre dell'altro anno prossimo.

Delle

Delle Carrare. Cap. VI.

5 E per potere in tutti i modi sradicare questi rubbamenti, ordiniamo, che non solo il Sig. Gouernatore, mà anco li Signori Conseruatori, con vn tò d'esso Sig. Gouernatore quanto alla pena corporale, possino procedere contra li delinquenti all'essecutione delle pene, etiandio con inditij leggieri, ogni volta che quei tali, che saranno trouati contrauenire, siano sospetti d'attẽdere à simil furti, & si proui, che stiano vicini alle selue.

6 In oltre volendo anco prouedere, che non siano danneggiati gli arbori in cãpagna, si prohibisce omninamente, che non si possa tagliar piante giouani, nè legna d'alto, nè da basso sopra detti arbori, nè scorzarli, se non da gli stessi patroni, ò da altri con loro licenza, sotto pena, per ogni volta che sarà trouato contrauenire, di lire cinque di bol. d'applicarsi come di sopra, reseruando l'arbitrio al Sig. Gouernatore di procedere à maggior pene anco corporali, secondo la qualità del caso.

DE POENA INCIDENTIVM VITES, ET ARBORES. RVB. VI.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd nullus de Ciuit. vel comitatu Forolivij, vel etiã aliundè audeat, aut præsumat canneta, siuè vites vineæ, vel horti, seù possessionis, vel alterius generis incidere, vel cauare, aut incidi, vel cauari facere contrà, vel præter voluntatem domini, & si quis contrafecerit, cõdemnetur pro qualibet vite in pœnã scuti vnius, & pro quolibet ouo, seù, vt vulgò dicitur (chiaccho) solidorum quinque monetę Prouinciæ, & pariter cogatur reficere domino damnum passum, in duplum. Si quis verò incideret aliquam arborem fructiferam viridem, condemnetur in pœnam lib. decem dictę monetæ pro qualibet arbore, & si incideret aliquem ramum magnum arboris fructiferę, vel etiam arborem exeiccatam, condemnetur in pœnam lib. quinq; eiusdẽ monetę pro qualibet arbore; si verò aliquis incideret alienã arborem Mori, seù ramum, vel folia colligeret, supradicta pœna duplicetur, & nihilominùs in prædictis casibus damnum datum emendare teneatur, de quo damno stetur iuramento domini damnum passi, cum dicto vnius testis iurati. Quæ omnia volumus habere locum, etiam si damnum dans fuerit colonus partiarius, seù conductor quoquomodo illius vineæ, possessionis, siuè horti, vbi tales vites, seù arbores erant; & contrà delinquentes procedatur ad condemnationem per probationem publicæ famæ, ac alijs legitimis modis, & præsumptionibus, etiam si plenè

non

non constet. Addentes quoq; quòd ipsi laboratores in discessu à dicta possessione, quam colebant, non possint modo aliquo, sub quouis prætextu, & colore secũ ferre lignamina de dicta possessione ad aliam possessionem, quam colendam cõduxerunt, vel ad propriam domum, sed omninò debeant illa relinquere in eadẽ possessione, sub huiusmodi pœna lib. quinq; patrono soluenda, vltrà refectionẽ, & restitutionem lignorum, nisi legitimè probauerint dicta ligna esse sua propria. Insupèr prohibemus nè in posterũm aliquis cuiusuis status, gradus, & cõditionis, possit per se, vel alium cauare, seù deuastare vineam etiam propriã, quæ tamen sit confinis saltèm ab vno latere alteri vineæ; nec illam, si sit inculta, & vt dici solet (dismessa,) arare, & seminare. Nam si quis ausus fuerit talem vineam cauare, vel deuastare, seù etiam per tres annos continuos adeò eam incultam relinquere, vt nec purare curauerit, cogatur iuris remedijs, & indicta pœna à iudice, talem vineam sic incultam vendere dominis vinearum proximarum, si eam emere voluerint pretijs, & dilationibus, per peritos à partibus eligendos, imponendis; & si duo, vel plures æqualitèr vicini voluerint eam emere, tunc detur illi, qui maiorem quantitatem vineæ habebit in illo loco, quòd tamen intelligatur, nisi dominus ipse in pristinum eam reducere voluerit, & obtulerit, qui quidem emens in eundem pristinum statum illam tamèn redigere teneatur, & cogi valeat ad instantiam Syndici Communitatis Foroliuij.

DE NON PLANTANDO ARBORES IN FVNDO ALICVIVS TRACTVRI. RVB. VII.

STATVIMVS, & ordinamus quòd nullus plantet, vel plantare faciat aliquas plantas in fundo alicuius tracturi, vel fossati, & qui contrafecerit possit condemnari per DD. Conseruatores pro qualibet vice in sol. vigintiquinq; pro qualibet planta, & remouere debeat illas plantas infrà quindecim dies, postquàm sibi fuerit denunciatum.

DE PLANTIS PLANTANDIS IVXTA VICINVM. RVB. VIII.

NVLLVS plantet aliquas plantas, siuè arbores cuiusuis generis, iuxtà campum vicini, quando non est in medio fossatum, siuè murus, nisi longè à campo vicini non vineato tribus perticis Foroliuiensis pedibus, sed si sit fossatum in medio, plantet quidèm nõ in fossato, sed propè ripam fossati à parte sua; si verò campus vicini sit vineatus, vel cannetatus, plantet longè à vinea, vel

canneto quinque pedibus, si non sit in medio fossatum, sed si sit fossatum, tribus pedibus longè à ripa fossati versùs campum, vbi vult plantare, aliàs ille, qui cōtrafecerit, non solùm cogatur iuris remedijs, ad extirpandas, & euellendas dictas plantas, & arbores, sed etiam condemnetur in pœnam sol. viginti monetæ currentis pro qualibet planta, siuè arbore plantata cōtrà dispositionem, & ordinem supradictum; & in dictis casibus iudex procedat summariè.

DE VGIIS ARBORVM. RVB. IX.

STATVIMVS, & ordinamus quòd si arbores in futurũ plantandæ, etiã dimisso legitimo spatio, de quo in præcedenti Rub. adeò creuerint, vt rami earum occupent, & protēdant super domum, areã, hortum, vel agrũ vicini, succidantur illi rami tantùm, in quantùm protendunt super locum vicini. Et idem statuimus in radicibus, vt in tantùm succidantur, in quantùm creuerint, & in domo, area, vel agro vicini immisserint, & in his causis procedat iudex absq; tela iudiciaria.

DE FOSSATIS INTER VICINOS FACIENDIS. RVB. X.

STATVIMVS, & ordinamus quòd quicunq; de Ciuitate, comitatu, vel districtu Foroliuij volens facere fossatum inter agrum suum, & vicini, vel inter possessionem suam, seù terram, & possessionem sui vicini, possit talē vicinum extrà iudicium amicabilitèr requirere, quòd cōmunitèr inter ipsos fiat, & excauetur fossatum, siuè fouea expēsis eorum communibus, debeantq; ambo in ipsa fouea, seu pro cōficiendo fossato tantum de terra vnius, quantum alterius ponere, & si talis vicinus, vt suprà requisitus, non cōcordauerit, teneatur quilibet iudex Foroliuij, ad simplicem instantiam alterius ex dictis vicinis, cogere alium vicinum recusantem, siuè procrastinātem, ad assignandum, ponendum, & contribuendum tantum de sua terra, quantum alter vicinus, ità quòd competens fiat fouea, vel fossatum inter eos; nec non etiam ad contribuendam medietatem expensarum pro dicto fossato, pro quanto tamèn protendit terra sua, & contrafacientem, vel denegantem, & prædictis non parientem, possit, & debeat iudex punire cum grauamine rediali, vel alijs iuris remedijs cogere ad obseruantiam prædictorum; & quilibet vicinorum teneatur apponere, pro dicto fossato conficiendo, vnum pedem perticæ terreni; cauariq; fossatum debeat duobus pedibus similibus, & in prædictis omnibus procedi debeat sine strepitu, & figura iudicij, non obstantibus quibuscunque.

De fossato

DE FOSSATO INTER NOS, ET RAVENNATENSES MANVTENENDO. RVB. XI.

FOSSATVM factum inter Nos, & Rauenatenses tempore D. Spinelli de Carboniésibus olim Prętoris Foroliuij, & D. Guidonis de Lambertis olim Capitanei dictæ Ciuitatis, conseruari, & manuteneri mãdamus, & si indigeret reparatione, vel in aliquo loco esset latum, seù repletum debeat refici, & reparari, & expurgari per homines ibi existentes in villis circumuicinis, ordine, & arbitrio DD. Conseruatorum tunc pro tempore existentium. Qui etiam teneantur, & debeant ad minùs semèl in anno curare, & facere quòd personaliter accedant ad dictum fossatum iudex, & conductor datij dictorum fossatorum, ad hoc, vt quàm citiùs poterunt in illa parte, quæ indigebit reparatione, prouidere debeant per homines dictarum villarum, pro conseruatione territorij nostri.

DE SANTERIIS NON FACIENDIS. RVB. XII.

EXPERIENTIA quotidiè docet damna, & incommoda resultare ex sãterijs, quæ fiunt super agros comitatus Foroliuij. Ideò statuimus, & ordinamus, quòd de cęterò nullatenùs fiant santeria super agros, & vineas; & si quis iuerit per agrum, vel vineam alterius postquàm fuerit notificatum per vocem præconis, quòd nullus possit transire per talem, vel talem agrum, vel vineã, possit denunciari à saltuarijs ad officium damni dati, vel accusari ad officium Baliæ, & incurrat pœnam sol. quinq; pro qualibet persona, & qualibet vice. In sãterijs verò iam factis, & existentibus statuimus, quòd liceat dominis agrorum, super quibus existunt, prohibere, nè vlteriùs vtantur per proclama, vt suprà fuit dictum, & post ipsum proclama, contra facientes incurrant eãdem pœnam suprà statutã. Nolumus tamèn per pñs statutũ auferre facultatẽ dominis, quin possint vti remedijs iuris, prout sibi magis libuerit, pro dictis santerijs ammouendis. Declarantes hoc præsens statutum procedere solùm in santerijs factis, & faciendis in locis, vbi adest via publica; in locis verò vbi non est via, vel non apta, seù longè distans, vt in santerijs villæ franchæ, & in alijs huiusmodi generis, arbitrio Consilij secreti, iudicandis, hoc præsens statutum locum non habeat.

De non

DE NON OCCVPANDO VIAS TEMPORE VINDEMIARVM. RVB. XIII.

VT euitentur rixæ, quæ plerunque oriri possent proptèr occupationem viarum, statuimus, & ordinamus, quòd nulla persona cuiuslis gradus, conditionis, & qualitatis possit in comitatu Foroliuij tempore vindemiarũ impedire, seù occupare vias, carrarias, santeria, vel riuos cum curru, siuè aliquo alio impedimento, adeò quòd transire volentes eum eorum curribus liberum accessum, & reditum habeant, & habere valeant. Insupèr vnusquisq; dicto tempore vindemiarum ad onerandum currus, teneatur habere propè vineã propriam certum, & distinctum locum seorsùm à via; veniensq; Foroliuium cũ curru onerato debeat habere carrariã ab alijs transeuntibus, exceptis quadrigis, seù carroccijs, cocchijs, & carratis, & qui in prædictis contrafecerit, incurrat pœnam lib. trium bon. Prouinciæ pro qualibet vice, qua contrauentum fuerit.

QVOD VIA SIT PRÆSTANDA EI, QVI ILLAM NON HABET EVNDI AD FVNDVM, ET VINEAM SVAM. RVB. XIV.

ITEM statuimus quòd si quis haberet in territorio Foroliuij aliquam petiã terræ aratiuæ, vel pratiuæ, vel syluatæ, seù vineatæ, vel alterius generis, ad quam nõ possit ire, & exire, & nec in viam publicã venire cum curru, tunc quilibet iudex competens Ciuitatis Foroliuij, super ijs requisitus, sola facti, & loci veritate inspecta, cogere teneatur proximiorem vicinum ad viam ei dandã, ea tamen fundi parte, quæ minùs lædat, & damnificet ipsum vicinum dantem, ac priùs soluto pretio domino terreni, in quo via erit constituenda, ad æstimationem peritorum per iudicem eligendorum, & si duo, vel plures æqualitèr fuerint vicini, tunc is viam præstet, qui minùs patiatur dannũ, & incommodum possessionis suæ, vel omnes conferant, & concurrant pro rata terrarum ibidem confinantium, arbitrio nihilominùs iudicis iudicare debentis. Volumus tamen id sibi locum vendicare, nisi facto, culpa, vel dolo viam petẽtis factum sit, quominùs solita via ipsemet possit vti, & consuetum iter habere, quo enim casu viam, quam sibimet abstulit, & impediuit, seu culpa eius perdita est, ab alio petere nequeat. Declarantes etiam quòd in qualibet venditione terrarum cuiuslibet speciei, semper censeatur apposita clausula illa cum accessibus, vel introitibus, ac egressibus, seù exitibus suis, licet omissa, & de ea nulla fuisset mentio facta.

DE DOMVNCVLIS, ET CAPANNIS NON FACIENDIS IN TERRITORIO. RVB. XV.

QVIA experientia docet rerum magiſtra quamplurima damna in villis cõmitti, vbi habitatores poſſident paucas, vel nullas terras pro eorũ laborerio, ſtatuimus, & ordinamus in poſterùm nulli licere in territorio Foroliuij cõſtruere domunculam, tugurium, ſeù capãnum, niſi qui prædictam domunculam, tugurium, ſeù capannum facere voluerit, in eadem villa poſſideat ſaltèm tornatorias decem proprias, licet etiam in pluribus petijs diſtinctas, terræ aratiuę, & non alterius qualitatis; & prędiũ, ſuperquo faciendum ſit prædictum ædificiũ, non ſit minori numero duarum tornatoriarũ, & longè à vicinis ædificetur ſpatio vnius pticæ. De cõſtructis verò, & iam ędificatis ſtatuimus, & permittimus ea cõſeruari, dummodò per poſſidentes, & habitatores illarum domorum, tuguriorum, & capannorũ idonei præſtentur fideiuſſores, qui ſint de comitatu, de refeciendis omnibus damnis per ipſos habitatores dandis, & hoc ad ſimplicem cuiuslibet vicini requiſitioné, aliàs deſtruere iuris remedijs cogantur, ſub pœna ſcutorũ viginticiquinquè, ſalua ſemper diſpoſitione Rub. ſequentis circà beſtias per ipſos tenendas.

QVOT BESTIAS TENERE POSSINT PAVCAS TERRAS HABENTES. RVB. XVI.

STATIMVS, & ordinamus prohibitũ fore, & eſſe omnibus, & ſingulis, in aliqua villa non habentibus, vel poſſidentibus tornatorias decem terrę, tenere alias beſtias quadrupedes, præter vnam vaccam, & vnũ porcum, & nõ vltrà; etiã ſi per ipſos pręſtarẽtur fideiuſſores iuxtà diſpoſitioné antecedentis Rub. & qui contrafecerit incurrat pœnã lib. quinq; & quilibet poſſit inſtare, vt cogatur etiã cum mãdato tædiali, & alijs iuris remedijs illas beſtias dimittere.

DE CAPRIS NON TENENDIS IN TERRITORIO. RVB. XVII.

ITEM ſtatuimus qđ nulla perſona poſſit in aliqua villa comitatus Foroliuij tenere caprã, ſeù capras, vel biccos, ſub pœna ſol. vigintiquinq; Prouincię pro qualibet beſtia, & vnuſquiſq; valeat denũciare, & accuſare, ac lucretur dimidiam partem, & nihilominùs talis accuſatus cogatur dimittere prædictas beſtias etiam cum mandato tædiali.

DE BESTIIS TENENDIS PER LABORATORES. RVB. XVIII.

STATVIMVS, & ordinamus qđ laboratores teneantur, & obligati sint omnes bestias etiã ꝓprias cuiuſcunq; qualitatis, & generis, exceptis bobus aratorijs, ad mediũ tenere cũ patronis, ſiuè ſint ꝓprietarij, ſiuè affictuarij, & non cũ alia pſona. Sed quotiès patronus ipſe vellet dictã mezadriã in beſtijs ꝓprijs laboratorũ, debeat priùs cũ effectu integrã æſtimationẽ beſtiarũ ſoluere eiſdẽ laboratoribus. Singuliſq; annis teneatur quilibet ruſticus, vel colonus partiarius tenens ſues, ſeù porcos, illos tenere vſq; ad feſtiuitatem S. Andreæ Apoſt. nec eos priùs cõducere ad domũ patroni, niſi ipſo cõſẽciẽte, ad quẽ, in illis diuidẽdis, ſpectet electio, & poſtquã ad ipſũ patronũ partẽ cõduxerit, & dederit, nõ poſſit tenere proprios ſuper dicta poſſeſſione vltrà quatuor dies, ſub pœna lib. quinq; ipſi patrono applicanda, & nihilominùs cogatur illos dimittere.

QVOD LABORATORES NON POSSINT CARREZARE. RVB. XIX.

STATVIMVS, & ordinamus quòd nullus colonus partiarius, ſeù laborator, qui aliquam poſſeſſionem acceperit ad laborãdum ad medietatem, ſupèr qua habitaret cum tota eius familia, poſſit pro alia perſona vltrà patronum carrezare, vel carregium aliquod facere in territotio Foroliuij, vel extrà, abſquè licentia, & voluntate patroni ipſiuſmet poſſeſſionis, vel niſi quando contingat id fieri de mandato Superioris; minùſquè valeat alias terras conducere ad coltiuandum ad medium, vel ad affictum ſine expreſſa licentia, & cõſenſu prædicti patroni, etiam ſi patronus ipſe eſſet affictuarius ad pretium, & ſi contrafecerit, teneatur ſoluere patrono dimidium lucri.

DE LABORERIO DERELICTO. RVB. XX.

SI contingeret aliquem laboratorem, vel colonum, culpa, vel facto ſui relinquere laborerium, ſiuè terras ſine licentia patroni, durãte colonia, mezadria, vel tempore laborerij, ſtatuimus, & ordinamus quòd patronus, ſeù locator, vel ſublocator lucretur, & licitè habere, & accipere poſſit partẽ fructuũ ad ipſum labaratorem ſpectantem, quam ipſe laborator recuperare non poſſit, niſi priùs

niſi priùs

nisi prius refectis,& integrè solutis omnibus expēsis, ac per ipsū patronū in illis recolligēdis, factis,& omni interesse per ipsum passo, de quorum quātitate iuramento patroni stetur. Declarantes quòd dicta fructuū recuperatio debeat fieri per totum mensem Augusti illius anni, quo tempore transacto,ampliùs dictus laborator non possit recuperare prædictos fructus.

QVOD CARREZATORES VADANT ANTE PLAVSTRA PER CIVITATEM. RVB. XXI.

QVIA multotiès ex imperitia,& temeritate bubulcorū compertúm est aliquos fuisse oppressos,& nōnullós pueros fuisse enecatos,idcircò præcipimus,& mandamus quòd nullus bubulcus vadat per Ciuitatem super plaustra,sed vadat antè boues,tenendo manum ad temonem, vt pericula euitentur,& si inuentus fuerit non sic eundo antè boues,& non sic tenendo manum ad temonem,cadat in pœnam lib. trium Prou. illicò soluendam, vltrà damnū,si quod alicui fuisset illatū,ad cuius refectionē volumus ipsū teneri, & cogi posse omni exceptione remota,sūmariè,sine strepitu,& figura iudicij.

DE SPIGATORIBVS. RVB. XXII.

IN tantùm alienæ rei auiditas excreuit,vt multi aliena, inuitis dominis,auferentes,vltrà damna,instanr etiā patronos rerū criminalitèr in iudicijs vexare, ideò statuimus, & ordinamus, quòd nemo audeat, seù p̄sumat tēpore recollectus frumēti,& bladarū intrare agrū alterius, dùm adhuc frumenta, vel segetes existunt in eo,nisi sint in manipulis ligata,& vt dicitur,in barchetis reposita,sub pœna sol. viginti ꝓ quolibet,& qualibet vice; & possit quilibet accusare,& denunciare,& talis accusator habeat dimidiū pœnæ; possit etiā talis cōtrauueniens accusari à saltuarijs ad officiū damni dati cū pœna sol. decē,pro dimidia saltuario,& ꝓ alia dimidia officiali applicāda. Declarantes qđ dominus fundi, siuè colonus,siuè alius ex eorū familia,occasione p̄dicta,si verbis iniuriasset,seù etiā pugnis,vel baculo percuteret p̄dictos spigatores,non possit criminalitèr accusari,siuè molestari,nisi percussio foret cū sanguine. Addentes, vt hoc statutū procedat etiam in ijs,qui retrò currus lignorum eximunr ligna,vt incurrant eandem pœnam, nec pro verbis iniuriosis, nec pro verberibus ipsis illatis, possint conducentes dicta ligna,vel eorum domini eos percutientes criminalitèr molestari, dummodò percussio sit absq; sanguinis effusione; & idem procedat in ijs, qui colligunt nuces,vel glandes sub quercu, aut nuce aliena.

DE POENA ILLIVS, QVI TERMINOS ADMOVERIT. RVB. XXIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nulla persona audeat admouere, extrahere, vel mutare, siuè admoueri, vel mutari facere terminos aliàs situatos, & positos in confinibus possessionum, & agrorum aliquorũ, absq; communi voluntate, & pręsentia vtriusq; vicini, in quorum agris, siuè possessionibus termini, siuè fines huiusmodi infixi, vel radicati reperiãtur, & qui contrafecerit, condemnetur in pœnam lib. quinquaginta Prouinciæ; & si quis cultiuauerit, vel laborauerit terram vltrà terminos huiusmodi admotos, denũciatione etiam oretenùs sibi facta à vicino interessato, puniatur in pœnam lib. decem similium, quotiès fuerit contrauentum, & nihilominùs parti damnificatæ restituatur oblatum, & supèr hoc procedatur per D. Gubernatorem, vel Prætorem summariè, de plano, & sine tela iudiciaria.

DE REBVS SVRREPTIS RESTITVENDIS. RVB. XXIV.

VT dolo, & fraudibus hominum, quantùm fieri potest, occurratur, mandamus, quòd si quis surripuerit aliquid alicui, possit ille, cui res surrepta fuerit, à quolibet possessore illam recuperare, & possessor incontinẽti illã restituere omninò teneatur; neq; aliquid recipere possit pro dicta re surrepta, vel eius restitutione, & ad id compelli debeat, sublatis exceptionibus quibuscunq; etiam si dictus possessor allegaret, & probaret se dictam rem emisse pro domino; & ad probandum rem fuisse eius, cui surrepta diceretur, sufficiat petenti, si probet se illam possedisse tempore surreptionis, vel antè; is autèm, qui eam rem per alium surreptam habet, condemnari non possit in aliquam pœnam applicandam fisco, vel parti, nisi dolum, vel culpam, tempore surreptionis adhibuerit, vel dictam rem, sciens esse furatam, acquisiuerit, vel ipse esset malæ famæ, & conditionis.

DE POENA OCCVPANTIS POSSESSIONEM ALICVIVS, ET VENDENTIS REM, QVAM NON POSSIDET. RVB. XXV.

AD euitanda scandala, quæ oriri possunt ex appræhensione possessionis absq; iudicis auctoritate, statuimus, & ordinamus, quòd nulla persona possit appræhẽdere propria auctoritate tenutam, vel possessioné alicuius rei, quæ possideatur ab alio, nec ipsum possessorem, vel detentorem expellere sine licentia, & auctoritate Iudicis competentis, & ordine iuris seruato, vel sine ipsius possidentis licentia expressa, & volũtate, sub pœna, de qua in Rub. de turbata possessione; & nihilominùs Iudex cogat talé occupanté ad restitutioné dictæ possessionis spoliato liberè, & ad sinendũ ipsum spoliatum possidere. Et hoc faciat summariè, simplicitèr, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, omni cauillosa, & frustatoria exceptione, vel defensione remota. Statuéres etiam, quòd nullus audeat, vel præsumat vendere, vel alienare rem aliquam positam in Ciuitate Foroliuij, vel eius districtu, quam ipse vendens, vel alienans non possideat, nisi vẽderet nõ ipsam rem, sed ius, quod habet in re, sub pœna lib. quinquaginta, & nihilominùs venditio, & alienatio ipso iure nulla existat, & perindè habeatur, ac si facta nõ fuisset, & teneatur dictus vendens pretium restituere vna cum supradicta pœna ementi, si sine fraude, & ignorantèr emerit. Hoc semper saluo, & intellecto, quòd laboratores, coloni, inquilini, & affictuarij non possint contrà dominos possessionum, occasione, seù vigore huius statuti, se defendere, vel ipsos dominos molestare, & hoc statutum sit in qualibet parte pręcisum, & firmum.

DE COLVMBIS NON CAPIENDIS, NEC OCCIDENDIS. RVB. XXVI.

AD hoc, vt Columbi, nõ tamen syluestres, liberè possint volare, & reuolare, ac eorum redditus crescat in Ciuitate, & comitatu Foroliuij, prohibemus Columbos aliquos laqueo, seù alio quocunque modo, vel ingenio, & artificio capi, retineri, aut cum balista, vel archibugio, seù aliquo alio instrumento occidi posse in dicta Ciuitate, vel territorio, ab aliqua persona terrigena, vel forensi, & in hoc affectus proximus pro effectu puniatur, sub pœna refectionis damni dati ipsi domino, & pro qualibet vice, & quolibet Columbo lib. decẽ bon. & accusatori credatur cum iuramento, & vno teste, & quilibet de hoc possit denunciare, & accusare; similitèr nemini liceat habere, vel tenere in columbarijs cyminum, vel super tegulis terram salatam ad Columbos capiendos, seù aliciendos, & retinendos, & contrafacientes plectantur eadem pœna, de qua suprà.

De Incen-

DE INCENDIARIIS STIPVLARVM. RVB. XXVII.

AD hoc vt homines sint magis cauti in incēdēdo stipulas, ex quo aliquādo magna damna euenire solent statuimus,& ordinamus quòd quicunque Ciuis, comitatinus, vel etiam aduena posuerit ignem in aliqua stipula existente in Ciuitate,vel comitatu,vel districtu Foroliuij, & ignis indè negligentia illius,seù etiam vi ventorum,vel alio casu euagauerit, & iuerit ad aliquam aliam possessionem,siuè locū alicuius personæ, collegij,vel vniuersitatis, & damnum dederit quocunq; modo,comburendo domum, vel capannum,seù vineam,vel arborem,vel paleā,vel fœnum, siuè syluas, canneta, vel segetes, aut aliquam aliam rem, talis, qui incenderit ignem in dictis stipulis, non solùm teneatur resarcire omnia damna, & interesse passa ob tale incendium, sed si interuenerit dolus,& lata culpa,puniatur etiā in lib. vigintiquinq; Prouincię. Declarantes patremfamilias teneri pro filio, seù familia sua, & dominum, ac patronū pro famulo,seù seruo.

DE POENA EVNTIS AD DOMVM ALICVIVS TEMPORE RVMORIS, VEL INCENDII CAVSA FVRANDI. RVB. XXVIII.

AD obuiandum furtis, quę tempore alicuius incendij,vel rumoris orti in Ciuitate,comitatu,vel districtu Foroliuij cōmittuntur,hoc pręsenti statuto ordinamus, quòd si aliquis tempore alicuius incendij, siuè rumoris accesserit ad domum alicuius,associatus,vel nō,cum armis, vel sine, & ibi commiserit furtum, vel rapinam,subtrahendo aliquam rem, vel offenderit aliquo modo dominum illius domus, plectatur duplici pœna, quæ inferenda esset alio tempore,vel in alio loco,ob tale delictūm; & hoc procedat etiam si tale delictū, vel furtum non fuisset cum effectu commissum ; dummodò tamen probaretur illud quoquomodo attentatum fuisse;idq;multò magis habeat locum,si tempore dicti rumoris, vel incendij iret ad aliquod Monasterium, seù Duanam, siuè Gabellam,aut ad Archiuium publicum, vel ad Palatium Communis causa derubandi,vel accipiendi,& lacerandi libros,vel scripturas,vel aliquam aliam rē, vel ad carceres Cōmunis,causa relaxandi, vel extrahendi captiuos de dictis carceribus;etiam si effectus non sequatur affectum.

QVI TENEANTVR CVRRERE AD ESTINGVENDVM IGNEM. RVB. XXIX.

QVIA aliquandò sub specie agni, vel ouis lupus rapax intrat ouile, statuimus,& ordinamus quòd nullus ingrediatur domũ alicuius occasione incendij accensi absq; expressa licentia domini illius domus, ad quod incendiũ extinguendũ teneantur omnes baiuli, siuè geruli cum suis dolijs,seù brentis, ac fabri murarij, & lignarij cum suis armis necessarijs currere statim,& gratis,tàm de die,quàm de nocte,dato tamen sono alicuius campanæ,more solito: & qui defecerint,vel fuerint negligentes puniantur arbitrio Iudicis vsq; ad lib. decem pro quolibet,& qualibet vice.

DE POENA PROMITTENTIS FACERE ALIQVOD OPVS, ET NON FACIENTIS. RVB. XXX.

QVONIAM operarij,vt plurimùm sunt mendaces, ideò statuimus,& ordinamus quòd quicũq; operarius,vel artifex ꝓmisserit alicui aliquod artificium,vel opus facere certo tempore,& illud nõ fecerit, seù nõ perfecerit infrà terminũ conuentum eius culpa,vel defectu, incurrat de facto,vltrà pœnas conuentas,in pœnam lib. decẽ bon. & nihilominùs teneatur,& cogatur ad operis perfectionem,& ad restitutionem damni, & interesse,de quibus credatur iuramento illius, cui obligatio facta fuerit,vsq; ad summam auri vnius,& ab indè supra,eidem credatur cum sacramento, & dicto vnius testis iurati,bonæ conditionis, & famæ, aut liceat domino dictũ opus per aliam personam perficere sumptibus dicti iam promittentis facere opus idem.

DE MERETRICIVM HABITATIONE. RVB. XXXI.

STATVIMVS, & ordinamus, ne malum exemplum meretricium corrumpat bonos mores mulierum Ciuitatis Foroliuij, quòd aliqua publica meretrix non debeat stare,nec habitare in aliqua parte Ciuitatis,nisi in locis separatis,& disiunctis à bona,& honesta vicinantia,& si steterit,& denunciatum fuerit D. Potestati, vel alteri iudici per duos bonos homines de cõtrata, cõpellatur iuris remedijs opportunis, & sub pœna arbitrio iudicis, discedere de dicto loco

cto loco infrà tres dies, postquàm fuerit requisita; quòd idem habeat etiam locum, si talis meretrix habitaret domum suam propriam; & hoc Statutum extendatur etiam ad lænones, qui, vel quæ habitarent in aliqua bona vicinantia.

QVOD POST SONVM CAMPANÆ COMMVNIS NON LICEAT ALICVI DE CIVITATE FOROLIVII STARE IN TABERNA. RVB. XXXII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd non liceat alicui de Foroliuio, post sonum campanæ communis duarum horarum intrare, nec morari in tabernis, minùsq; possit tabernarius recipere, vel tenere aliquem de Foroliuio in dicta taberna, sub pœna tàm recipienti, quàm recepto lib. quinque bon.

QVOD QVILIBET POSSIT IMPVNE VERBERARE FAMILIAM SVAM. RVB. XXXIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd quilibet possit ad correctionẽ verberare impunè vxorem, filios, nepotes, vel neptes, ac omnes alios descendentes, nec non fratres minores, sorores, famulos, ancillas, ac omnes alios de familia in domo sua habitantes, ac etiam pupillos, vel adultos mares, vel fœminas, positos, vel positas sub tutela, & cura sua respectiuè, dũmodò tamen talis verberatio, seù percussio sit moderata, ac facta sine ferro, & sanguine; & syndici contratarum, vel villarum non teneantur, nec debeant de prędictis facere aliquã denũciationem, nec aliquis iudex, seù cancellarius possit suscipere huiusmodi de causa aliquã querelam, siuè accusationẽ, vel denũciationem, nec minùs procedere per inquisitionẽ; & si talis exceptio, seù defensio opposita fuerit, omnem processum impediat, tollat, & annullet ipso facto; si verò condemnatio indè sequatur, irrita sit, & nulla ipso iure, & talis iudex, seù cancellarius, qui contrafecerit, cõdemnetur in syndicatu in pœnam lib. decem bon. pro quolibet, & qualibet vice; nec non restituere, & reficere compellatur omnia damna, expensas, & interesse passa per tales accusatores, & processatos contrà, & prætèr formam præsentis statuti; non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus, & nihilominùs querela desupèr suscepta sit ipso iure nulla.

Quòd

QVOD IVDEX TENEATVR AD PETITIONEM PATRISFAMILIAS CAPERE FACERE FILIOS, ET ALIOS DE FAMILIA SVA DEVIOS. RVB. XXXIV.

ITEM statuimus quòd D. Gubernator, qui pro tempore erit in Ciuitate Foroliuij pro S. R. Ecc. teneatur, & debeat ad petitionē patrisfamilias, vel tutoris, & curatoris capi, & detineri facere in carceribus cōmunis Foroliuij filios, pupillos, & adultos, & alios existentes sub gubernio ipsius, ac omnes de familia sua deuios, & qui frequentarent tabernas, seù postribula, vel ludos dānatos: & qui bona sua, siuè patris dissiparent; & indè non liberentur, nisi cum consensu, & licētia ipsius patris, vel tutoris, seù curatoris; paritèr si quis tali filio, pupillo, vel adulto, vel alteri de familia patrisfamilias sic deuio, dissoluto, ac prodigo aliquod (occasione prædicta) mutuauerit, vel accommodauerit, vel etiam receperit in domo sua, vel taberna ad ludendum, vel alia supradicta committendum, debeat condemnari pro qualibet vice in lib. decem bon. Et paterfamilias non possit cogi aliquo modo, vel iure aliquam condemnationem soluere ꝓ tali filio, vel familiari deuio, vt pmittitur; & si huiusmodi filius, vel pupillus, seù adultus, vel familiaris fuerit carceratus, occasione ꝓdicta, non teneatur pater, nec tutor, seù curator, soluere quicquam custodibus carcerum, vel biruarijs pro custodia, vel captura.

DE DELICTIS MINORVM. RVB. XXXV.

STATVIMVS, & ordinamus quòd si minor annis decem aliquod commiserit maleficium, cum ipse intelligatur discretione, & iudicio carere, illaq; ætas ignoret quid faciat, talis nullo modo pœna aliqua puniri debeat, vel valeat; si verò maior dictis annis decem, vsq; ad quartum decimum annū ætatis suę inclusiuè, aliquod cōmiserit delictū, circa quod argui possit, dolum, & malitiā minoris huiusmodi supplere ætatem, cum tunc sit proximus pubertati, condemnari eo casu posse volumus in medietatem pœnæ, qua maior condēnandus foret in simili delicto, ac etiam minori pœna arbitrio Iudicis, personarum, & delicti qualitate, ac circunstantijs inspectis.

DE MALEFICIIS INTER MVLIERES COMMISSIS. RVB. XXXVI.

STATVIMVS, & ordinamus quòd pro verbis iniuriosis, & rixis absq; sanguinis effusione intèr mulieres quomodolibèt occurrendis, nihil penitùs soluatur, præter vnum paulum pro abolitione, si tamèn ambæ consenserint abolitioni, si verò aliqua mulier aliud commiserit maleficium, vel reale, vel personale contrà similem mulierem, condemnetur in dimidiũ pœnæ, in qua veniret condemnandus masculus delinquens secundùm formam bannimentorum: prædicta tamèn locum habeant in maleficijs, pro quibus duntaxàt imponitur pœna pecuniaria; declarantes tamèn, quòd si mulier aliqua vilis iniuriaret verbis tantummodò mulierem ciuem, & nobilem, tunc reseruatum sit arbitrio D. Gubernatoris Ciuitatis excedere pœnam iuxtà diuersitatem casuum, & personarum.

DE DELICTIS PAVPERVM, ET MISERABILIVM PERSONARVM RVB. XXXVII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si in posterùm aliquod commissum fuerit delictum, siuè maleficium per aliquem pauperem, & miserabilem, contrà tamèn miserabilem, ac sibi parem personam, talis delinquens cõdẽnetur in dimidiũ pœnæ, qua condẽnaretur, si pauper, & miserabilis non existeret; & si contingat prædictos pauperes, & miserabiles pro delictis absolui, eorum causę expediantur in forma pauperũ gratìs, iuxtà dispositionẽ Magalottæ; qui verò sint, & intelligantur pauperes, & miserabiles, dimittimus sub arbitrio D. Iudicis, habita informatione ab hominibus Charitatis, & consideratis psonarum qualitatibus, ac eorum fortunis. Prædicta autèm locum sibi vendicent tãtùm in delictis, in quibus pœna pecuniaria infligenda veniret; excipimus tamèn contrauentiones, siuè delicta compræhensa sub bannimentis, & ordinibus DD. Cõseruatorum, Prætoris, & aliorum officialium Communitatis, cum ab illis imponi soleant pœnæ minimæ.


DE SYNDICIS CONTRATARVM, ET VILLARVM, EORVMQVE OFFICIO, AC IMMVNITATE. RVB. XXXVIII.

AD hoc vt maleficia non remaneant impunita,& per malitiam occultentur,statuimus,& ordinamus,quòd D. Prætor infrà quindecim dies post eius introitum,faciat per proclamata coràm se vocare omnes,& singulos Ciuitatis,& comitatus Syndicos,qui,sub pœna lib. quinq; bon. pro quolibet, & qualibet vice, cuius pœna medietas applicetur dicto D. Prætori, quarta pars eius executori,& alia quarta pars Communitati,teneantur,& debeant in termino publicationis banni se præsentare coràm D. Potestate, & promittere se benè, & legalitèr exercitaturos suum officium omni dolo, fraude, negligentia,ac malitia penitùs exclusis, si tamèn in dicto officio eis continuare, ac perseuerare videbitur,& placebit,sin minùs, cogi possint,antequàm indè recedant,vt eligant alium ad delicta denũciandum,maiorem annis viginti de eadem cõtrata,vel syndicatu,& villa,solitum,& idoneum,quem crediderint esse magis vtilem dicto officio,remotis odio,amore, prece,vel pretio,& omni mala volũtate, qui recusare nequeat, nisi iustam habuerit excusationem, quam tamèn afferre teneatur sine mora;& si excusatio per D. Potestatem fuerit admissa,tunc electus restituat bollettrinum antecessori suo, qui permanere debeat in eodẽ officio syndicariæ, donèc alium nominauerit idoneum, & nullam habentem excusationem; & talis notula,seù vaccherta stet continuè, & stare debeat iuxtà inueteratam consuetudinem pænès D. Potestatem, vel eius Cancellarium, coràm quo sit facienda electio successorum nominandorũ per antecessores, qui nihilominùs ad fraudes euitandas teneantur denunciare delicta commissa eodem die, quo aliquem ad huiusmodi officiũ elegerint;bollettinus verò,seù breue dictorũ syndicorum intrùs Ciuitatem debeat tradi, & consignari modernis syndicis per executores dumtaxàt ipsius D. Prætoris, soluta tamèn priùs eorum mercede per veteres syndicos; in villis autẽ possint sibi.net ipsis vicissim in personã dare, & consignare dictum breue, seù bollettinũ syndicariæ, dũmodò id fiat personalitèr coràm vnico saltèm teste,pro minori eorum dispendio; qui syndici contratarum, & villarum non valeant tale officium,nisi post tres dies, renunciare, nec illud per substitutos exercere,sed ipsimet personalitèr teneantur,& debeant D.Guber.vel eius Cãcellario criminali denũciare in scriptis oĩa, & singula maleficia,excessus,seù delicta cõmissa in eorũ cõtratis, vel villis de die,& de nocte, apponẽdo nomina delinquẽtiũ,diem,mensem,locũ,& testes,ac veritatem delicti, prout sciuerint, quòd si denunciare omisserint, vel negligentes fuerint in pertinentibus ad eorũ officium, cõdemnentur in tribus ictibus funis dandis eisdem

dem in publico, auditis tamē priùs eorum defēsionibus, & nihilominùs cōpelli possint ad denunciandū; & si per pecuniā eis datam, vel promissam, seù propter aliam turpē causam, vel facto pacto de non denunciando, vel aliàs fraudulētèr, & dolosè cessauerint prædictas facere denunciationes, puniantur tribus ictibus funis, & lib. vigintiquinq; bon. pro quolibet, & qualibet vice, ac alijs pœnis arbitrio D. Iudicis. Hoc tamèn intellecto quòd supradicti syndici, seù ministrales non teneantur denunciare verba iniuriosa, rixas intèr mulieres absquè sanguinis effusione, item nec commorantes in eadem domo, & familia ad inuicem rixantes sine armis, & absq; sanguinis effusione. Volumus tamèn quòd ministrales, seù syndici villarum teneantur notificare DD. Conseruatoribus pro tempore, vel Cācellario Communis, omnes, & singulas angarias, & extorsiones factas per quoscunq; executores in qualibet eorū villa, & locis comitatus; statuentes, quòd omnes syndici non possint cogi, nisi post duos menses, vel occasione discessus, vel absentiæ, renunciare eorum officium, quo durante sint exempti, & immunes à custodijs, caualcatis, vel exercitū, seù militia, & laborerio, ac alijs oneribus personalibus dicti Communis; possintq; impunè die, noctuquè arma non vetita deferre in quocunq; loco, absquè aliqua licentia. Declarantes verò repositum in bussula DD. Conseruatorum pro populo, minorem annorum viginti, septuagenarium, infirmum, molendinarium, seù molendinis inseruientem, bannitum, vel curiæ contumacē, absentem à Ciuitate, vel à territorio respectiuè, ac famulum alterius non posse, vel debere vllo modo eligi ad huiusmodi officium.

†

LIBRI QVARTI FINIS.



STATVTORVM CIVITATIS FOROLIVII LIBER QVINTVS

DE CONTRACTIBVS, ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS.





VMANAM conuerſationem abſq; negociatione, & mutuis ſucceſſionibus diutiùs conſeruari non poſſe ex Philoſophorũ dictis accepimus, & negociationi ipſi perquàm neceſſarium eſſe cõtractuum vſum experientia docuit. Quapropter communi commodo conſulentes ſubſequentes contractuum, & ſucceſſionum diſpoſitiones ſtatuimus, quas obſeruari mandamus.

DE ARRHIS DATIS. RVB. I.

QVIA multotiès, etiam ſolutis, & datis arrhis, vel parte pretij, alterum contrahentiũ pœnitet ſtare promiſſis, iccircò multæ lites, & cõtentiones in diès oriuntur, ſtatuimus, & ordinamus quòd poſthac, ſi quis vendiderit, locauerit, ſiuè permutauerit aliquam rem mobilẽ, vel ſe mouentem, vel alio modo de tali re contraxerit, occaſione cuius aliquę arrhæ magnæ, vel paruæ fuerint datæ, etiam ſi vnus denarius tantùm nomine arrhatũ, vel pro parte pretij datus fuerit, talis cõtractus perfectus ſit, ac pro perfecto habeatur à tempore, quo dictæ arrhæ fuerunt datæ, adeò quòd pœnitentiæ non ſit locus, tàm ex parte recipientis, quàm ex parte dantis contrà alterius voluntatem

luntatem; quæ volumus habere locum, etiam si conuentum sit à principio intèr partes, talem contractum redigendum esse in scriptis, dummodò partes non cōuenerint, quòd aliàs cōtractus sit nullus, & Iudex, instāte vna parte, alteram cōpellat iuris remedijs opportunis ad exponendum instrumētum, vel aliam scripturam, promissaq; adimplendum iuxtà conuentiones intèr partes factas. Quæ tamèn nolumus locū sibi vendicare in cōtractibus faciendis de rebus immobilibus, in quibus iuris communis dispositionem attendendam esse decernimus.

DE RESERVATIONE DOMINII IN VENDITIONIBVS. RVB. II.

QVONIAM multi ea, quæ sibi magis expediunt, vel ignorant, vel cogitatione non complectuntur, & præcipuè venditores, quibus, cum in venditionibus liceat, & vtile sit sibi dominium reseruare rerum venditarum, donèc pretium integrum soluatur, attamèn fidē emptorum sequentes, etiam nō soluto pretio, dominium statim in emptores transferunt cum suo maximo præiudicio; hoc præsenti statuto ordinamus, quòd in posterùm in omnibus instrumentis, ac alijs scripturis celebrandis à quacunque persona nomine proprio, vel alieno, sit, & intelligatur ipso iure reseruatum dominium, vel specialis hypotheca venditori rerum immobilium tantùm, donèc, & quousq; totum, ac integrum pretium persoluatur, & ex parte emptoris omnes aliæ conuentiones appositæ in ipsis scripturis venditionum obseruentur; quæ omnia habeant locum, etiam si intèr contrahentes nihil dictum, vel conuentum sit pro reseruatione dominij, vel specialis hypothecæ; adeò quòd liceat, & in electione sit ipsius venditoris in casu inobseruantiæ ex parte emptoris, vti remedijs sibi magis proficuis, & beneuisis, vel pro dominio, vel pro hypotheca, dummodò tamèn expresʃè renunciatum non sit à venditore beneficio huius statuti.

FRVCTVS PENDENTES IN FVNDO RETROVENDITO QVOMMODO DIVIDANTVR INTER EMPTOREM, ET VENDITOREM. RVB. III.

QVONIAM multæ exoriri solent contentiones intèr emptorem, & vēditorem circà diuisionem fructuum pendentium in fundo retrouēdito ex pacto, hoc præsenti statuto ordinamus, quòd in posterū fructus rei retrouēditæ, quæ, seù esset empta post dispositionē præsentem, seù antè, diuidātur intèr emptorem, & venditorem infrascripto modo, nisi alitèr esset intèr ipsos conuentum. Annus si quidem, quo reuenditio fit, considetur

retur secundùm naturam, & qualitatem rerum, quæ tales fructus diuidendos produxerunt; nàm si reuendatur vinea, vel cannetum, vel pratum, vel terra sata fabis, milio, leguminibus, glasto, vel alia re, ex qua anno antecedenti alij fructus essent recollecti, annus sit duodecim mensium; sed si sit terra mangiatica, seù grano sata, ex qua anno antecedenti nihil esset recollectum, annus sit viginti quatuor mensium; sed si sint syluæ, vel berletæ, vel arbores, quæ quolibet triennio, vel quadriennio inciduntur, siuè amputantur, annus sit triennij, vel quadriennij, iuxtà bonitatem, & qualitatem rerum; & sic deniquè in singulis rebus habeatur ratio ad perceptionem fructuum. Igitur anno ità considerato, si venditor redimat rem in primo anno, antequàm fructus sint percepti ab emptore, ità diuidantur, vt ipse emptor habeat partem illorum fructuum pendētium pro rata temporis, siuè anni, vt suprà considerati, quo rem possedit. Sed si redimat post vnum, vel plures annos eodem mense, eademq; die rem existētem in eodem statu, quo ille emptori vendidit, & tradidit, vel si redimat antè tempus primæ venditionis rem, in qua nulli sint fructus, vel sint acerbiores, quàm essent tēpore dictæ primæ venditionis, nolumus in his casibus reuenditorē cōsequi posse vllam partē fructuū illius anni, cum sit iustitiæ cōmutatiuę cōsentaneū rem debere ità liberè restitui, & retrouēdi, sicut à principio fuit vēdita liberè, absq; aliqua fructuū reseruatione. Si autèm redēptio fieret tēpore, quo fructus pendētes in fundo essent maturiores, & recollectui proximiores, quàm essent tēpore primæ venditionis, diuisio ità fiat, vt illorum fructuum pars assignetur reuenditori pro rata anni, vt suprà considerati, quo rem possedit, incipiēdo, & computando annum à tempore, & die, quo fuit facta prima venditio; & hoc procedat etiam quando fructus non adhuc penderent, sed futurus recolectus esset proximior, quàm esset tempore primę venditionis. Declaramus tamèn quòd si primus emptor perceperit fructus maturos ex re empta cum dicto pacto de retrouendendo, & venditor redimeret rem ipsam non completis vno, vel pluribus annis à die primæ venditionis, primus emptor non teneatur ad aliquam fructuum restitutionem. Et in supradictis omnibus casibus idem obseruari mādamus in pensionibus, seù affictibus, quod est dispositum de fructibus. Hoc autèm statutum seruari volumus, & decernimus non obstantibus quibuscunq; in contrarium facientibus.

DE DONATIONIBVS INTER VIVOS. RVB. IV.

AD tollendas fraudes, quæ circà donationes intèr viuos fieri solent, statuimus, & ordinamus, quòd quælibet donatio rei mobilis, vel immobilis, iurium, vel actionum intèr viuos facienda cuilibet particulari personæ, seù vniuersitati, maioris quantitatis, valoris, seù æstimationis lib. quatuorcentum

centum, debeat insinuari penès acta publica ciuilia D. Prætoris Foroliuij, in libro particulari, & separato ad hunc effectum tātùm destinato, infrà bimestre post dictam donationem, dictaq; insinuatio peti, & fieri possit tàm ad instantiam donatoris, quàm donatarij, ac hæredum; & si talis donatio non fuerit intrà dictum tempus insinuata, nulla sit ipso iure, nullamq; roboris firmitatem consequatur, non in totum, sed ab illa summa lib. quatuor centum suprà, ab illa autèm summa infrà valeat, & suum effectum consequatur; & prædicta vendicent sibi locū, etiam si donatio esset facta extrà Ciuitatem, & comitatū Foroliuij, dummodò esset facta à ciuè comitatino, vel districtuali nostro, sed in hoc casu insinuatio debeat fieri intrà sex menses. Iuramentum verò contrà dispositionem præsentis statuti, præsumatur dolo, & vi extortum, etiam si esset renunciatum insinuationi, & huic statuto, atq; adesset illa clausula solita apponi per Notarios non vi, dolo, &c. & iccircò nihil operetur. Hæc tamèn non habeant locum in vestibus quotidianis, vel festiuis, seù in annulo spōsalitio à marito vxori datis, & donatis, nec in donationibus factis ad pias causas, vel pro maritanda aliqua muliere honesta, & casta.

DE CONTRACTV LOCATIONIS. RVB. V.

VT locatoribus, & conductoribus satis temporis concedatur consulendi rebus suis, ordinamus, quòd si quis locauerit domum, vel apothecam, vel officinam cuiusuis qualitatis, positā in Ciuitate, vel castris iurisdictioni Ciuitatis nostræ subditis, ad certum tempus, si nolit continuare amplius in illa locatione, teneatur id notificare, vel intimare conductori in iudicio, vel extrà coràm testibus, & mensibus duobus antequàm lapsum sit tempus locationis; idemq; teneatur facere conductor locatori, si velit affictum finire; quòd si ista notificatio, vel intimatio vicissim, vel saltèm ab altera parte facta non fuerit, concedatur spatium duorum mensium post finitum affictum conductori, vel locatori respectiuè, vt possint suis rebus prouidere; similitèr finito tempore talis locationis, & intimatione non facta vt suprà, nec aliqua parte pensionis soluta, præsumatur, & intelligatur facta reconductio donèc, & quousq; talis intimatio, vel notificatio fiet, post quam intimationem cōcedatur semper supradictus terminus duorum mensium; sed si soluta sit pēsionis aliqua portio, etiam sine scriptura, præsumatur, & intelligatur reconductio facta pro rata temporis importāte portionem solutam; at si tota sit soluta pensio, pro toto tempore reconducta dicatur; ità tamèn quòd semper debeat conductor, vel locator talem notificationem, seù intimationē facere, si aliquis illorum affictùm finire cupiat, qua facta, incipiat currere supradictus terminus duorum mensium, pro quibus solui debeat pensio-

at pensionis conuentæ portio pro rata. Paritèr declaramus quòd horrea vulgò nuncupata (Granai,& Magazini) in quibus frumentum, ac aliæ fruges conseruari solent, præsumantur conducta, nisi alitèr esset conuentum intèr partes, vsq; ad totũ mensem Iunij proximè sequentẽ; recõducta autèm dicantur, etiam non soluta aliqua parte pensionis, pro vno altero anno, pro pensione conuenta in antecedenti anno, nisi restitutæ essent claues locatori, vel nisi ex parte locatoris, vel conductoris aliqua esset facta notificatio, vel intimatio in iudicio, vel extrà per totum mensem Iunij; quæ habeant locum tantùm, si supradicta horrea cõducta sint pro conseruatione frumenti, vel aliarum segetum. Superaddentes in Ciuitate, territorio, vel districtu Foroliuij antiquum conductorem nullo modo, vel iure prætendere posse ratione inquilinatus, vel alitèr quomodolibèt præferendum esse alijs conducere volentibus in pari, vel etiam in maiori pensionis oblatæ quantitate. Liceat tamèn cuicunque conductori (excepto colono partiario) rem conductam sublocare cuilibet alteri idoneo, pro tempore suæ conductionis, ad eundẽ tamèn vsum, ad quẽ cõduxerat ipsemet primus conductor. In locationibus autèm possessionũ, prædiorum, camporum, & hortorum positorum in Ciuitate, vel extrà, mandamus obseruari conuentiones intèr partes factas, sin minùs consuetudinẽ. Vnum tamèn addentes ad tollendã omnẽ fraudis suspicionem, quòd omnes arbores fructiferæ, vel non, magnæ, vel paruæ exsiccatæ, vel vi ventorum, & tempestatis euulsæ, in totum spectent, & pertineant ad locatorem, qui eo casu possit propria autoritate illas euellere, & asportare, quo voluerit, vel sibi magis placuerit, tempore tamèn, quò damnum non inferatur conductori.

DE ALIENATIONE RERVM SEMEL LOCATARVM. RVB. VI.

NVLLVS vẽdat, locet, permutet, seù alio modo alienet, alienationis etiã largè sumpto vocabulo, domum, prædium, siuè possessionem, seù peciã terræ cuiuscunq; sit generis, seù quamlibet aliam rem immobilem; quã anteà ipse, vel alius, à quo causã habuit, locauerit pro pensionibus annuis, siuè ad medietatẽ fructuum in scriptura publica, vel priuata, siuè etiam sine scriptura, ac sine aliqua obligatione generali, vel speciali bonorum, nisi reseruatis iuribus talis cõductoris, inquilini, siuè coloni partiarij, laboratoris, socijuè, nàm & si ista iura reseruata non sint, statuimus, & ordinamus nihilominùs emptores, conductores, ac illos cuiuscunq; gradus, status, vel præeminentiæ, qui quolibet modo acquirent tales domos, possessiones, terras, ac alias res immobiles, teneri, & obligatos esse obseruare omnia pacta, ac alias conuentiones, facta, & factas à suis auctoribus, ac si iura fuissent expresè reseruata prædictis conductoribus, inqui-

linis, socijs, ac laboratoribus; possint tamèn ipsi consequi à suis auctoribus omnia damna, ac interesse passa, & patienda ob istam obseruationem pactorum, & cõuentionũ, nisi ipsis fuissent expresśè notificata, siuè notificatę à dictis auctorib.

DE FACTORIBVS, ET GESTORIBVS. RVB. VII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd omnes Iudices Foroliuij debeant, & quilibet eorum teneatur ad petitionem, & instãtiam dominorum, ac illorum, quorum negocia gesta sunt, si tamèn ipsi domini dixerint, & iuramẽto attestati fuerint eorum gestores, factores, seù castaldos, vel institores esse suspectos, & fugitiuos, ac sibimet ipsis obligatos causa, & occasione rationis prædictæ negociationis, & admistrationis, tales facere capi, & detineri in Palatio, nec alitèr eos relaxare, vel liberare, donec idoneè satisdederint de legalitèr reddẽdo rationem suæ castaldię, & negociationis, ac de integralitèr soluẽdo omne debitum, in quo fuerint declarati debitores, summariè, ac omni iuris ordine prętermisso; si autèm dictam satisdationẽ recusauerint, vel non præstiterint, tamèn ad reddẽdam dictam rationem cogantur sic detenti, vel carcerati, & eorũ scripturis contrà ipsos plena adhibeatur fides, ac executioni mandentur per Iudicem. Volumusq; dictos gestores, seù castaldos teneri de dolo, & culpa tempore eorũ administrationis commissa.

DE FAMVLIS, ET NVTRICIBVS. RVB. VIII.

STATVIMVS, & ordinamus famulos, famulasuè ab aliquo conductos siuè conductas debere esse fideles, & dominos non defraudare, immò eorum res, & bona potiùs augere, quàm dissipare, volentes eos, easuè teneri, & obligatos, vel obligatas esse ad refectionem damnorum per patronos passorum, si dolus, vel magna ipsorum famulorum negligentia interuenerit, de quorum valore, & æstimatione stetur iuramento domini, attenta conditione, & qualitate personarum, ac quantitate, & valore rei secundùm prudentiam Iudicis iudicare debentis; famulus autèm, siuè famula annalis in fine anni recipiant salarium. Nutrices verò si discesserint antè finitum nutricium absquè licentia dominorum amittant medietatem salarij, & puniri possint arbitrio Iudicis. Et si aliquis, seù aliqua ex prædictis famulis, vel nutricibus (postquàm se separauerit à domino) steterit per tres annos continuos à die nutricionis, siuè famulatus præstiti, & finiti, & in iudicio non petierit id, quod sibi debetur causa, & occasione salarij, seù mercedis sibi promissę, tunc ampliùs non audiatur, nec ius ei redda-

ei reddatur de prædictis,& libri,ac scripturę publicę,vel priuatæ executione careant iuxtà dispositionem Rub. de Præscriptionibus, quam obseruari mandamus etiam in omnibus operarijs, & magistris, quibus merces aliqua debetur.

DE MODO LABORANDI POSSESSIONES A LABORATORIBVS; RVB. IX.

COLONI partiarij,quos vulgus appellat laboratores possessionum, & terrarũ comitatus,& districtus Foroliuij, teneantur,& debeant benè,& diligentèr arare,& laborare possessiones, & terras,quas ad laborandum habent,arbitrio boni viri,& præsertim terras frumento serendas arare quater in anno sine semine, & quando rumpuntur, saltèm laborare quatuor vicibus pro qualibet scãne,vel vt aiunt ꝑ singula cõcolla; fossata verò, lignolas,& scorsures benè fodere, ac stirpare sumptibus proprijs, ità vt aqua ex illis possit commodè fluere,& excolare: dictasq; possessiones, siuè terras positas intrà circulum, siuè vt aiunt (la Cerchia) comitatus Foroliuij,suis ꝓprijs seminibus tàm grani,quàm fabarum,ac aliarum frugum debitis temporibus seminare; sed extrà Cerchiam pro medietate seminibus domini,siuè patroni, & pro alia medietate seminibus proprijs,nisi tamèn alitèr inter eos esset à principio conuentum;quę quidem semina teneantur proprijs sumptibus exportare à domo ipsius patroni. Item debeant debito tempore metere frumentum,ac segetes omnes, vuas vindemiare, cæterosq; fructus colligere,impetrata tñ priùs à patronis licentia,nec alitèr,nec alio modo,sub pœna quinque lib. monetæ pro qualibet vice, qua contra factum fuerit; & frumentum, ac alias fruges debeant quamprimùm conducere ad areã solitã eiusdem possessionis, & terrarum,nisi tamèn dominus terrarum sit mutatus; nàm si sit mutatus dominus, qui vellit conduci ad aream suæ possessionis, volumus dictos laboratores teneri id facere, dummodò area noui patroni sit in eadem villa,in qua sunt terrę,ex quibus tales fructus fuerunt collecti,aliàs teneri conducere ad aream viciniorem ipsis terris. Paritèr obligati sint triturare frumentum,ac alias fruges,obtenta tamèn licentia,vt suprà dictum est,à domino, sub eadem pœna in casu contrauentionis, & partem dominicam ad Ciuitatẽ conducere,& asportare,ac illam in horreo, seù granario patrono benè viso reponere,& exonerare expensis eorummet laboratorum, antè tamèn solemnitatem Assumptionis Deiparæ Virginis,priuataq; vectigalia, seù regalias cõuentas debito tempore domino tradere, seù persoluere. Socij quoq; seù conductores vinearum ad laborandũ pro medietate fructuũ debeant opportunis temporibus, sicut diligentes patresfamilias solent, putare vites, propagines facere, pastinare,& reuoluere,seù bis zappare dictas vineas, palis vites alligare,vuasq; custodi-

re,& vindemiare,ac ad domini habitationem in lacubus,seù vt nos dicimus Tinazzis reponere expensis proprijs,nisi alitèr esset conuentum, ac alia omnia necessaria in dictis vineis facere;& hoc etiã volumus habere locũ in colonis partiarijs terrarum, in quibus sint aliquæ vites; quòd si tales laboratores tàm terrarũ aratiuarum,quàm vineatarum,& alterius generis defecerint in aliquo,ad quod tenentur vigore præsentis statuti, vel ex partium conuentione, vel ex consuetudine, tunc liceat patrono, facta tamèn laboratoribus, siuè socijs interpellatione iudiciali in scriptis,illorum sumptibus facere id, in quo illi defecerunt, & de istis sumptibus stetur iuramento domini, si erit persona bonæ conditionis, & famæ, iuxtà arbitrium Iudicis; si autèm dictus patronus nollet hanc curam suscipere, possit nihilominùs à laboratoribus omnia damna, ac interesse, illorum culpa,ac negligentia passa cõsequi arbitrio peritorum à partibus eligẽdorum. Insupèr ordinamus,quòd vsq; ad festiuitatẽ natiuitatis S. Ioannis Baptistæ exclusiuè,possint domini dare veniam, seù comiatũ laboratoribus, & mezadris possessionum suarum; ac è contrà laboratores possint licentiare possessiones dominis;quo tempore transacto vna pars,inuita altera, non possit dare, vel petere veniam,sed tacitè censeantur relocasse,& reconduxisse respectiuè pro altero anno, pactis,& conuentionibus conuentis in locatione antecedentis anni; Declarantes quòd dicti laboratores, seù mezadri non possint alijs sublocare possessiones, seù terras absq; expressa licentia,& consensu ipsorummet patronorum.

DE PALEA, ET STRAMINE, AC FIMO POSSESSIONVM. RVB. X.

QVONIAM palea, stramenq; dicuntur dos illarum terrarum, ex quibus collecta fuerunt, inhærentes consuetudini Ciuitatis nostræ, hoc statuto ordinamus colonos partiarios, seù laboratores posse quidẽ ea ad manducandum dare bestijs suis,quę debent inseruire ad arandum dictas terras, si tamèn supèr eisdẽ terris sit domus, in qua ipsi laboratores debeant permanere etiam sequenti anno,scilicèt post festum omnium Sãctorũ; sed fimum,siuè letamen totum teneri,& obligatos esse conducere, & spargere supèr terris possessionis; si verò laboratores dictarum possessionum, & terrarum deberent discedere sequenti anno ad solemnitatem omnium Sãctorum, vt moris est, declaramus ipsos non posse vti dictis paleis, pula, & straminibus, sed ea omnia teneri relinquere nouis laboratoribus, qui debeant dicta stramina suis sumptibus colligere, & reponere in fœnilibus, vel in alio cõmodo loco in dicta possessione,paleamq; & pulam,triturato grano à laboratoribus veteribus, reponere in paleario, & pulario. Similitèr dicti laboratores, qui debent discedere ex

dere ex

dere ex possessionibus, teneatur totum fimum, etiam à suis bestijs factum, relinquere nouis laboratoribus, & successoribus, nec possint illius partem, etiam minimá, spargere supèr terris, nisi alitèr videretur domino; sed si non sit domus supèr dictis terris declaramus totam paleam, & pulá, & omne stramen pertinere ad dominum terrarum, etiam si laborator deberet in sequenti anno arare dictas terras. Si quis autèm laborator, vel colonus partiarius hoc præsens statutũ violauerit, & ob id aliquod damnum causatũ fuerit domino, vel laboratorib. nouis, teneatur ad omnia damna, & interesse, & vltrà mulctetur pœna quinque lib. monetæ currentis, pro qualibet vice, qua contrafecerit.

DE OBLIGATIONE LABORATORVM. RVB. XL.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd quilibet laborator, etiam si esset minor ętate legitima, maior tñ viginti annis, vel filiusfamilias, possit se, bonaq; sua obligare patrono absq; aliqua ex solemnitatibus requisitis in Rub. de modo, & forma seruan. in alienat. minorũ, cui statuto in hoc derogamus, siuè se obliget in instrumẽto, siuè in priuata scriptura, vel etiam absq; aliqua scriptura, dummodò tamèn obligatio sit facta occasione regaliarũ, pactorũ, seù seminũ, vel collatici bestiarum, siuè rerum ei occasione alendi familiam suam traditarum. Si autèm patronus (postquàm colonus partiarius, ex sua possessione discesserit) in iudicio per tres annos continuos à die huiusmodi discessus non petierit id, quòd sibi debetur ex causa, vel occasione prædictorum, elapso dicto triennio, ampliùs non audiatur, nec ei de prædictis ius reddatur, & libri, ac scripturę tàm publicę, quàm priuatę executione careant, si tamèn colonus ipse iuraret se soluisse, & satisfecisse, nec appareret de confessione debiti per dictum colonũ facta intrà dictum triennium, iuxtà Rub. de præscriptionibus.

DE HYPOTHECA SVPER FRVCTIBVS RECOLLECTIS A LABORATORIBVS. RVB. XLI.

OMNES, & singuli fructus percepti, seù pcipiẽdi per colonos partiarios, laboratores, siuè socios ex possessionibus, & terris cuiusuis generis locatis ad medietatem fructuum, sint, & censeantur tacitè obligati, & hypothecati generalitèr, & specialitèr, & prout magis expedierit locatoribus, siuè patronis dictarum possessionum, & terrarum, non solùm pro seminibus, honorantijs, regalijs, ac pro omnibus alijs pactis, & oneribus dictarum possessionum,

num, & terrarum, verùm etiã pro quolibet alio credito contracto cum dictis laboratoribus causa eos alendi, vel eorum familiam, durante tamèn tempore coloniæ, seù mezadriæ, quæ intelligatur durare vsq; quo erunt recollecti, & repositi omnes fructus ex possessionibus, seù terris prædictis, & in his fructibus, tales patroni præferantur in concursu omnibus, etiam priuilegiatis ex causa dotis, vel occasione collatici bestiarum, quæ arauerunt, vel seminum, quæ seminauerunt prædictas possessiones, seù terras, vel ex qualibet alia causa fauorabili, habentibus etiam specialem, & priorem hypotheeã virtute instrumẽti iurati cum clausula Camerali; & prædicta omnia habeant locum non solùm quando de credito patroni appareret publicum instrumentum, seù priuata scriptura, sed etiam si nulla scriptura esset confecta; dũmodò huiusmodi creditũ legitimè ꝓbetur. Paritèr etiã fructus rerũ numis cõductarũ cẽseantur tacitè hypothecati locatori pro pẽsionibus, & affictibus, cum priuilegijs, & prælationibus supradictis.

DE CONTRACTV FACTO AB VNO SOCIORVM. RVB. XIII.

SI vnus ex duobus, vel pluribus socijs, qui insimùl exercent aliquam mercaturam, seù negociationem, faciat, etiam sine mandato aliorum, cum aliquibus contractum venditionis, emptionis, permutationis, vel cuiuslibet generis, spectantem tamèn ad negociũ, & vsum mercaturæ, & negociationis dictorum sociorum, talis cõtractùs firmus sit, & validus, æquè ac si omnes socij simùl contraxissent, & se obligassent, ità, vt possint occasione prædicta conueniri; similitèr quilibet ex eis possit insolidùm agere durante dicta negociatione, & societate, debitoribusquè dilationem facere, & exigere ab eis omnia, & quæcunq; credita occasione dictę negociationis contracta; & soluens alteri eorum, durante tamèn dicta societate, plenariam, & insolidùm consequatur absolutionem, & liberationẽ, & sufficiat apparere de ipsa solutione ex receputa ipsius mercatoris scripta, vel saltèm ab eo subscripta, etiam sine testium subscriptione, vel quolibet alio modo solito, & vsitato intèr similes mercatores, & negociatores.

DE MANDATO. RVB. XIV.

QVONIAM contingere potest post factum alicui mandatum generale, vel ad negocia, vel ad lites, vt expeditis negocijs, vel litibus, quorum causa tale fuit factum mandatũ, licèt etiam in eo expressa non sint, tamèn in alijs negocijs, & litibus huiusmodi procurator, &

manda-

mādatarius p̄iudicia etiā grauia ipſi domino cōſtituēti inconſulto inferat. Ideò ſalubri remedio prouidentes ſtatuimus in poſterùm mandata generalia, ſiuè ad lites, ſiuè ad negocia durare ſolùm, & duntaxàt per quinquennium, & vltrà non extendere vires ſuas, niſi expreſsè apponatur in ipſis mandatis, vt perpetuò durare debeant. Excipimus tamèn quādo quis diſceſſurus, & abſentiæ cauſa conſtitueret procuratorem, ſeù mandatarium, quia tunc durante abſentia, & ipſum quoquè mandatum permanere declaramus etiam per longiſſimum temporis ſpatium.

DE DEPOSITO. RVB. XV.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd ſi pecunia, vel quæuis alia res depoſitata fuerit penès aliquem, ſi depoſitum ſit ſimplex, & non ſub conditione, nec ad tempus, tunc in omnem caſum, in quo petitio, vel exactio depoſiti fieri contingat, & poſſit de iure, vel per deponentem, vel per eum, ad cuius fauorem, vel inſtantiam factum fuerit, illicò, & abſq; temporis interuallo exigi valeat à depoſitario, vel eius ſucceſſore, vel fideiuſſore principalitèr obligato ſecundùm modum, & formam infraſcriptam; ſi verò depoſitum ſit factum ſub cōditione, vel ad tempus, tunc elapſo tempore, vel purificata conditione, & non priùs exigi valeat vt infrà; itaquè ſi depoſitarius, vel eius hæres, vel fideiuſſor principalitèr obligatus reſtituere neglexerit, tunc conueniri, & contrà ipſum procedi executiuè poſſit hoc modo, videlicèt quòd facta quali quali petitione per deponentem, vel per eum, ad quem talis depoſiti reſtitutio de iure fieri contingat, ſtatuatur terminus triùm dierum depoſitario, vel eius hæredi, & fideiuſſori, ſi tamèn petatur ad opponendum tantùm de ſolutione, & oppoſita probandum, & probata habendum, ſi autèm in dicto termino non probauerit, relaxetur contrà ipſum, vel ipſos mandatum executiuum in formà pro ſorte, ac pro expenſis; idquè procedat non modo in actuali, ſed etiam in confeſſionato depoſito, dummodò ſupèr indè appareat publicum inſtrumētum, vel acta publica. Si verò occurreret, quòd ſupèr re, vel pecunia depoſitata factum fuerit ſequeſtrum, vel etiam penderet tempus, ſiuè cōditio, ſub quibus factum fuerit depoſitum, tunc peti, & inſtari poſſit idem depoſitum vna cum ſequeſtris deponi penès Priorem S. Montis pietatis, vel eius maſſarolum, vel notarium actuarium, & ſi depoſitarius, vel eius fideiuſſor principalitèr, & inſolidùm obligatus id facere neglexerint, contrà eum, vel eos relaxetur executio, vt ſuprà eſt dictum, ꝑcedendo ſummariè. &c.

ANNVI CENSVS QVODNAM SIT IVSTVM PRETIVM. RVB. XVI.

CVM Summorum Pontificum Constitutiones ad iustitiã contractus annui census iustũ exigant pretium, quod varijs modis, prout, & qualitas locorum, & Doctorum opiniones suadebant, fuit taxatum. Nos quod, vt plurimùm in Ciuitate nostra obseruatur sectantes declaramus illud esse iustũ pretium annui census legitimè constituti iuxtà formam Bullæ felicis recordationis Pij Papæ Quinti, si octo cum dimidio pro quolibet centenario non excedat; ità tamèn vt vẽditor talis census teneatur (dummodò alitèr non sit cõuentũ) soluere subsidium triennale, ac alia onera realia fundi, supèr quo prædictus census fuit cõstitutus. Prohibemus itaq; in posterùm tales annuos census excedentes dictam taxam constitui, & emi à quauis persona, aliàs pretium illud iudicetur iniustum; & iuramentum in constitutione, & alienatione huiusmodi annui census, sic immoderati appositum, censeatur dolo, & fraude extortum, etiam si renunciatum esset beneficio huius statuti; si ergò fiet pactũ de constituendo annum censum absq; expressione alicuius pretij, per præsens statutum constituendum esse ad rationem octo cum dimidio in singula centena declaramus.

DE FIDEIVSSORIBVS, ET EORVM INDEMNITATE. RVB. XVII.

CVM fideiussorum vsus sit negocijs necessarius; nos illorum indemnitati consulere intendentes, præsenti statuto ordinamus, quòd in posterùm quicunq; se obligauerit principalitèr, & insolidùm, vel accessoriè fideiusserit pro aliqua singulari persona, vel pro collegio, & vniuersitate in instrumento, vel priuata scriptura, seù etiã sine scriptura, habeat, & habere intelligatur obligatos principales debitores, ac etiã correos, ꝓ quib. fideiussit, & se obligauit, & illorum bona oĩa mobilia, & immobilia, ac se mouẽtia, actiones, & iura obligata, & hypothecata eo modo, iure, & forma, quibus ipse fideiussor, & obligatus pro eis se obligauit, æquè ac si tẽpore fideiussionis, & obligationis pstitæ, tales principales, siuè correi expressè obligassent in instrumento publico, & cum iuramento se, suaq; bona mobilia, ac immobilia, & se mouentia, præsentia, & futura, iura, & actiones, prædicto fideiussori, ac obligato. Item statuimus, quòd deficientibus dictis principalibus debitoribus, vel correis, siuè eorum hæredibus soluere, ac adimplere promissa per se, vel per tales obligatos eorum contemplatione, & precibus, debitis modis, & temporibus conuentis, & ob id tales obligati

ligati pro illis aliquam molestiã patiantur, & ex simplici citatione, tunc dicti fideiussores, & pro eis obligati possint comparere coram Iudice competenti, citatis tamèn ipsis, pro quibus se obligauerunt principalitèr, seù accessoriè, vel eorum hæredibus, exponendo ei molestiam, quam patiuntur, ac instare, vt sibi concedatur facultas vendendi bona aliqua ipsorum, pro quibus se obligati sunt, pro concurrenti quantitate, siuè implemento debiti, vel comparandi pecunias ad censũ, vel ad societatẽ officij, siuè ad cambiũ, & recãbiũ, vt dici solet, seù quolibet alio modo se liberandi à dicta molestia, etiã cum maximo interesse principalium debitorũ, siuè illorum, pro quib. se principalitèr obligauerunt; qui Iudex, si debitum liquidum erit, statuat terminum decem dierum cõtinuorum ipsis principalibus debitoribus, siuè correis ad soluendum debitum, & promissa adimplendum, vel ad docendum de solutione, liberando tales pro se obligatos à dicta molestia, aliàs cõcedat facultatẽ, quam petierunt pro illis obligati; si verò debitũ liquidũ non erit, & ꝑpptereà principales debitores velint cõtrà illud opponere, & excipere, Iudex eos quamprimũ cogat iuris remedijs opportunis, etiã indicta mulcta, suscipere in se litẽ, siuè lites, vel saltèm expensis proprijs defendere litem motam contrà istos fideiussores, & pro se obligatos, ità vt nullũ damnum patiantur, quòd si in aliquo prædictorum defecerint, vel si promulgata erit sententia, etiam in contumacia, siuè cõmissa executio contrà tales fideiussores, & pro eis obligatos, liceat istis pecunias accipere ad censum, vel ad societatem officij, vel ad cambium, & recambium, vel quolibet alio modo facere contractũ, & distractum de bonis principaliũ debitorum, siuè correorum, vt possint soluere debitũ, sequè à molestijs liberare, quas pecunias vna cum omnibus damnis, expensis, & interesse occasione ꝑdicta passis, & patiendis repetant, & consequantur à dictis, pro quibus se obligauerunt, & in his omnibus Iudex procedat summariè, & de plano.

QVOD FIDEIVSSORES POSSINT COMPELLERE PRINCIPALES, VT EOS LIBERENT. RVB. XVIII.

QVIA ex iuris communis dispositione fideiussorib. est ꝓuisũ, vt possint petere se liberari à principalib. quando diù steterunt in obligatione; Nos proptèr publicam vtilitatẽ, vt faciliùs fideiussores inueniri possint, consẽntaneum duximus eorum fauores extendere. Iccircò statuimus, & ordinamus, quòd si quis in posterũ fideiusserit, vel se, bonaq; sua obligauerit principalitèr, & vti principalis, & insolidùm, seù accessoriè ꝑ aliqua ꝑsona cuiuslibet status, gradus, & ꝑeminẽtiæ, vel ꝑ collegio, siuè vniuersitate, occasione annui cẽsus, vel socier. off. elapsis x. an. à tẽpore, quo se obligauit,

 possit

possit cōpellere prīcipalē debitorē, siuè correū, vel aliū, ꝓ quo se obligauit principalitèr, & insolidū, siuè accessoriè, vel ꝓ quo imposuit annuū censū, siuè societatē officij sup ꝓprijs bonis, vt se, bonaq; sua à tali nexu, vel obligatione liberet, nō solùm quo ad fructus, sed ēt quo ad sortem principalem, etiam si dicto tempore decennij nullam molestiam passus esset proptèr ipsam obligationem. Similitèr si quis fideiusserit, vel vt suprà se obligauerit alia de causa pro aliquo in certa quantitate pecunię, vel incerta, seù alio modo promisserit factum alienū contemplatione, vel precibus alicuius, & steterit in obligatione spatio sex mensium computandorum à die, quo ipse poterat in iudicio conueniri, possit, & sibi liceat compellere illum, siuè illos, pro quibus se obligauit, vel illos, quorum precibus se obligauit, vt se, bonaq; sua à tali nexu, & obligatione liberent, etiam si creditor prorogaret terminum, & dilationem ad soluendum, & promissa adimplendum vltrà sex menses. In omnibus autèm supradictis casibus Iudex, coràm quo fuit facta dicta instantia, statuat terminum dictis principalibus, seù correis duorum mensium, si petatur, ad hoc vt possint pecunias inuenire, & suis rebus opportunè consulere, liberando prædictum pro se obligatum, quo termino elapso cōmittat contrà illos executionem, ac alijs opportunis iuris remedijs eos compellat, etiam mandato tædiali, ad liberandum, & liberare faciendum eundem fideiussorem, & pro eis, vel illorum contemplatione, & precibus obligatum à tali obligatione, non solùm pro sorte, sed etiam pro expensis omnibus, qualibet frustratoria dilatione, & exceptione remotis. Hæc tamèn non procedant quando à principio expresśè renunciatum esset à talibus fideiussoribus, & pro alijs obligatis beneficio huius statuti Declarantes tamèn per præsens statutum non censeri sublatam facultatem dictis obligatis pro eis, quin possint, & valeant pactionibus sibi meliùs, & vtiliùs prouidere.

NE MINORES PRO ALIO FIDEIVBEANT. RVB. XIX.

QVIA optimè tàm ex Senatus Consulto Velleiano, quā alijs opportunis, ac saluberrimis remedijs prouisum est mulieribus intercedētibus, & obligātib. dotes suas ꝓ alijs, duximus ipsas hoc ꝓsenti remedio non indigere, sed benè masculos minores ętate tamen legitima, quib. sępè, vt experiētia rerū magistra docet, magna dāna, ac incommoda causātur ex fideiussionib. ꝓ alijs ꝓstitis. Iccircò statuimus, & ordinamus nè in posterùm aliquis positus sub patria potestate, vel sui iuris minor vigintiquinquè annis fideiubeat, vel pro alio se obliget principalitèr, & insolidùm, siuè accessoriè in iudicio, vel extrà ex qualibet causa ciuili, criminali, vel mixtà, etiam ad fauorem fisci, excepta tamèn causa pia, vel constituendæ dotis filiæ, sorori, vel alteri, quam

quam vel ex dispositione iuris communis, vel statutorum nostrorum tenebatur dotare; & si extrà prædictos casus se obligauerit, tales obligationes minorũ sint ipso iure nullæ, ac inualidæ, nulliusq; momenti, & efficaciæ; adeò quod opus nõ sit restitutione in integrum, etiam si adhibitæ fuissent omnes solemnitates necessariæ, tàm de iure communi, quàm ex dispositione statuti nostri sub Rub. de modo, & for. seruan. in contract. minor. & si adesset clau. cameralis, & renunciatum esset beneficio huius statuti cum iuramento, quod in hoc casu præsumatur dolo, & fraude extortum, etiam si adesset illa clau. non vi, dolo, nec decretum Iudicis faciat hoc casu cessare fraudis, & doli suspicionem.

DE RATA DEBITI INTER FIDEIVSSORES DISTRIBVENDA. RVB. XX.

SI plures insimùl pro eodem negocio principalitèr, & insolidùm, vel etiam accessoriè pro aliqua singulari persona, siuè vniuersitate fideiusserint cum pacto, vt creditor possit insolidùm exigere à quo voluerit totum creditũ, & vnus ex his obligatis spontè, vel conuentus in iudicio soluerit totum, ac integrum debitum creditori, possit, absq; aliqua cessione actionũ facta sibi à creditore, vel facta post solutionem, conuenire confideiussores, vel alios vna cum eo pro alio insolidùm obligatos, & contrà illos agere, illis priuilegijs, & fauoribus, & modo procedendi, quibus vti poterat creditor, agẽdo tamèn pro rata tantũ quẽlibet eorum tangente de debito, pro quo se obligauerint, ità vt debitum, ac etiam omnes expensæ occasione prædicta passæ intèr eos proportionabilitèr diuidantur; hoc addito quòd si aliquis ex confideiussoribus, vel insolidùm pro alio obligatis esset factus non soluendo, tunc portio, quæ spectaret ad illum intèr alios æqualitèr diuidatur; & quod suprà dictum est de integrali solutione, habeat ēt locũ in aliqua portione soluta, quæ excederet totius debiti ratã spectantẽ ad ipsum soluentem; quæ omnia ꝓcedant nisi tali soluenti fuerit satisfactum ab eo, pro quo se obligauit. Declarantes per præsens statutum non esse sublatã facultatem tali soluenti, agendi insolidum contrà principales debitores, vel alios, quorum precibus, & contemplatione fideiussit, & se obligauit iuxtà formam pactorum intèr ipsos à principio initorum, vtendo priuilegijs, sibi à statutis nostris, ac à iure communi concessis.

VT NVLLVS MVTVET PECVNIAM ALICVI LVSORI, VEL FILIOFAMILIAS. RVB. XXI.

ITEM statuimus,quòd nulla persona mutuet aliquam pecuniam,vel aliam rem alicui filiofamilias,etiam maiori vigintiquinq; annis, occasione ludi, alearum,vel taxillorum cuiuslibet sortis,seù vt comedat in tabernis, vel in prostibulo moretur cum meretricibus;& nullus det filiofam. comedere,vel bibere in tabernis ad tẽpus, vel cũ nũmis, sub pœna amissionis crediti in quolibet ex casib. supradictis,& si recepit nũmos,teneatur illos restituere patri talis filijfam. nisi tamèn fuerit publicus mercator ipse filiusfamilias, ad cuius fauorem non habeat locum præsens statutum, & qui contrafecerit soluat pro qualibet vice lib. decem bonen. Prohibentes Iudices reddere ius alicui personæ de prædictis, etiam postquàm tales filijfam. exiuerint è patria potestate, & si aliquod pignus,vel loco pignoris acceperit à dicto filiofam. teneatur accipiens restituere patri sine mora, sub pœna lib. decem, & huiusmodi statutũ vendicet sibi locum etiam in omni minore viginti annis non posito sub patria potestate. Quæ omnia volumus habere locum etiam si de prædictis esset factum publicum documentum iuratum, quia tunc iuramentum cum sit contra bonos mores,ad nihilum arctare dictos filiosfamilias,vel prædictos minores decernimus.

DE CONTRACTIBVS FACTIS CVM FILIOFAMILIAS. RVB. XXII.

PROHIBEMVS insupèr, nè in posterũ aliquis mercator, vel alius cuiusuis conditionis,possit vllo modo, vel qualibet causa contrahere cum filijs positis sub patria potestate,absq; expressa parẽtum licentia, & auctoritate; quod si secus factum erit,non solùm ex tali contractu nullum damnum inferatur patri, sed nec etiam ipsi filijfam. possint modo aliquo (durante tamèn dicta patria potestate) occasione prædicta inquietari, vel molestari in iudicio, vel extrà in persona,vel in bonis; postquàm verò exiuerint patriam potestatem, ea omnia relinquimus sub dispositione iuris communis; & renunciatio huiusmodi statuti irrita sit, & nulla, & iuramentum interpositum dolo, & vi præsumatur extortum,nec contrà præsentis statuti dispositionem sit obligatorium; quæ tamèn nolumus habere locum in filijs habitantibus seorsùm à patre,vel exercentibus publicè aliquam negociationem, vel habentibus peculium castrense,seù quasi castrẽse. Declarãtes ꝑ hoc statutũ nõ esse derogatũ Rub. antecedẽti.

De con-

DE CONTRACTV FACTO CVM MVLIERE CONSTANTE MATRIMONIO. RVB. XXIII.

SI aliqua mulier maritata etiam maior ætate legitima fecerit de reb. dotalibus, vel non dotalibus, constante matrimonio aliquem contractum, siuè distractum, seù confessionẽ iudicialem, occasione cuius ipsa, vel eius bona obligentur, sine præsentia, licẽtia, & auctoritate mariti, vel soceri habentis maritum sub potestate, & patris, vel auui paterni, sub cuius potestate est ipsa, vltrà alias solẽnitates requisitas in sequẽti Rub. de modo, & for. ser. in cõtractib. min. & mulier. talis enim cõtractus, siuè distractus, & obligatio nõ valeant ipso iure, & ꝓ infectis omninò habeãtur, nõ solũ cõstãte, sed ẽt soluto matrimonio, & si appositũ esset iuramentum, dolo, & vi extortũ censeatur; nisi tamèn talis maritus, socer, pater, vel auus paternus respectiuè postea approbauerint, ratificauerint, & confirmauerint intrà duos menses talẽ cõtractũ, vel obligationẽ, quia tunc volumus valere, & suũ effectũ obtinere, æquè ac si tales ꝑsonæ à principio suum præstitissent consensum. Hæc tamèn nolumus habere locum in testamentis, ac vltimis voluntatibus, in quibus ius commune corrigere nõ est nostræ intentionis.

DE MODO, ET FORMA SERVANDA IN CONTRACTIBVS MINORVM, MVLIERVM, ET PRODIGORVM. RVB. XXIV.

MEMORANTES dispositionem laudabilium cõstitutionum supèr contractibus, & alienationibus mulierum, & minorum editarum, earundem personarum facilitati, & imbecillitati succurrere intendentes modis omnibus expedientibus, nè in eorum negocijs, & contractibus, vt aliquandò factum esse comperimus damnificari, & decipi contingat; statuimus, & expresśè ordinamus, quòd omnes, & singulę obligationes, donationes, venditiones, censuum constitutiones, diuisiones, transactiones, permutationes, alienationes, cessiones, remissiones, ratificationes, liberationes, quietationes, ac confessiones etiam iudiciales quarumcũq; rerum, actionũ, & iurium, sub quacũq; forma, seù verborum conceptione, vel clausula etiã camerali à minoribus viginti quinque annis completis, siuè pupillis, siuè adultis masculis, vel fœminis factæ sine iuramẽto corporali præstito, ac sine ꝑsentia, & consensu Tutoris, vel Curatoris, ſi habeant, si verò nõ habeant, tunc ad illum actum debeat Potestas tali minori nõ habenti Curatorem dare, & sine consensu, & præsentia duorũ, vel trium consanguineorum

guineorum masculorum, & maiorum ætate legitima, nō interessatorum in illo negocio, si existant, vel affinium, quibus consanguineis, vel affinibus non existētibus, vel deficientibus, adhibeantur duo, vel tres viri bonæ conditionis, & famæ à Iudice eligendi, qui sint maiores, & non interessati in illo negocio, & absq; decreto Prætoris Ciuitatis nostræ ad hoc Iudicis deputati, vel eius legitimi substituti, quod decretum causa cognita possit interponi in omnibus diebus non festiuis ex præcepto Ecclesiæ vniuersalis, ac nostræ particularis, cum quibuscunquè personis, collegijs, vel vniuersitatibus, & Communitatibus, vel etiam ad fauorē fisci non valeant, nec fieri, nec aliqualitèr celebrari possint, & si factæ fuerint nō seruatis omnibus, & singulis solemnitatibus supradictis, ipso iure præsumantur, & dicantur dolo extortæ, nullamquè roboris obtineant firmitatem, & nihilominùs cōtrahentes cum dictis minoribus pretèr, & contrà formam prædictam Iudicis arbitrio puniantur, idq; locum habeat etiam si minores obligarent se pro dotibus, vel pro alia qualibet causa fauorabili. Prædicta tamèn non procedant in maiore viginti annis mercatore, stationes, vel apporthecas mercium habente, vel quamlibet aliam negociationem publicè, tàm proprio, quàm alieno nomine exercente. Eandem formam in omnibus, & per omnia seruari volumus, & mādamus in obligationibus, & contractibus quibuscunq; prodigorum, furiosorū, & mentecaptorum, quibus, vt infrà in Rub. sequenti, interdicta erit administratio bonorū. Idemq; decernimus in contractibus mulierū, ēt maiorum, excepta tamèn solemnitate Curatoris, si sint maiores; iuramēta autèm extrà solēnitates præsentis statuti interposita declaramus dolo, clàm, & per metum extorta, esse præsumenda, & proptèr minas illatas dictis personis, & ideò ad nihilum obligare dictos minores, prodigos, vel mulieres, etiam si expressè renunciatum esset beneficio huius statuti, & prædicta instrumenta registrentur saltèm in compendio per cancellariū D. Prætoris, in actis curiæ D. suæ in libro particulari ad hoc deputato. Excipimus tamèn personas iurisperitorum minorum, quorum contractus, & instrumenta nolumus prædictæ nullitati subiacere, non denegamus autē prędictis minoribus iuris peritis, quin alijs remedijs sibimet ipsis à iure communi ob læsionem competentibus vti possint.

DE FORMA SERVANDA, VT PRODIGIS, ET MENTECAPTIS SIT INTERDICTA ADMINISTRATIO BONORVM. RVB. XXV.

QVONIAM vtilitati publicæ repugnat homines abuti substantijs suis, ac prodigè opes profundere; statuimus, & ordinamus, quòd si quis consanguineus, vel affinis, probauerit coràm aliquo Iudice iurisdictionem ordinariam habente per tres, vel ad minùs per duos testes, intèr

intèr quos sit vnus ex attinẽtibus infrascripti prodigi, aliquem minorẽ, vel maiorem, masculum, vel fœminam dilapidare substantias suas in ludis, tabernis, siuè in prostibulo cum meretricibus, vel in fideiussionibus incõsideratis, vel deniquè in alijs magnis, & immoderatis expensis, debeat tunc Iudex pronunciare talem esse prodigũ, eiquè administrationẽ bonorum interdicere, dando ei Curatorem, ac per præconem publicum facere publicari tribus diebus tempore mercatus, ac per cedulam affixã ad valuas Palatij, quòd nullus debeat contrahere cum tali prodigo, nec aliquid accipere ab illo absq; solemnitatib. omnibus, & singulis requisitis in contractibus minorum, vt in Rub. antecedẽti. Si quis autèm, hac publicatione facta, in contrarium audebit cõtrahere cum tali prodigo, cõtractus sit nullus, si tamèn ità videbitur Curatori illius prodigi; & iuramentũ interpositum ad nihil sit obligatorium, sed dolo, & per vim extortum, quo ad prodigũ, & nihilominùs contrafaciens scientèr, in vigintiquinq; lib. monetæ currẽtis cõdemnetur; & idem seruetur in mentecapto, & furioso.

DE NON EMENDO A FILIOFAM. FAMVLO, ANCILLA, NEC AB ALIIS PERSONIS SVSPECTIS. RVB. XXVI.

QVIA multi, qui Deum nõ timent, nec homines, causam dant filijsfam. & famulis surripiendi res è domibus paternis, siuè dominicis, emẽdo ab eis dictas res, statuimus, quòd nulla persona audeat, vel præsumat sub quo vis prętextu, vel excusatione emere, seù accipere aliquam rem à filiofam. in quacunq; ætate constituto, vel ab alio sui iuris minore tamèn viginti annis posito sub tutela, seù gubernio matris, vel alterius, aut à famulo, seù ancilla alicuius, siuè ab aliqua persona suspecta, sine consensu patris, vel aui paterni, vel matris, tutoris, vel domini respectiuè; & si quis contrafecerit, & infrà tres dies, postquàm ab eo fuerit petita in iudicio, vel extrà, non restituerit dictã rem domino, patri, matri, vel tutori absquè receptione pretij, teneatur restituere nõ solùm eandem rem absq; receptione pretij, sed vltrà in pœnam suæ malitiæ æstimationem illius rei; & si ipsa res non reperiretur, duplum æstimationis, de qua stetur sacramento patris, matris, domini vel tutoris, si sint personæ bonæ cõditionis, & famæ, iuxtà arbitrium Iudicis. Prædictum tamèn statutum non vendicet sibi locum in filijsfam. habitantibus seorsùm à patre, nec in ijs filijs, & famulis, qui artem alicuius mercaturę publicè exercent, nec in his, qui palàm, & publicè frequentant nundinas, seù mercatus, aut stant in stationibus, seù apothecis patris, vel domini ad merces vendendas.

DE ALIENATIONE BONORVM EMPHYTEVTICORVM, VEL ONERIB. RVSTICALIBVS SVPPOSITORVM. RVB. XXVII.

ITEM statuimus,& ordinamus,quòd si quis scientèr,vel ignorantèr vendiderit, etiam cum pacto de retrouendendo, seù permutauerit, vel in dotem, siuè in solutum dederit aliqua bona emphyteutica, vel liuellaria, nulla facta mentione huiusmodi oneris in tali contractu,sit in arbitrio, & electione acquirentis,& simile onus,seù qualitatem ignorantis,quę ignorantia præsumatur, prædictum contractum rescindere, pretiumquè solutum, vel rem traditam in permutatione repetere,ac pro dote sibi promissa,vel pro alio suo credito, bona allodialia, & ab omni nexu libera,iuxtà æstimationem à peritis faciendam, seù æstimationē in pecunia numerata consequi; adeò quòd si dixerit se nolle rem cum tali nexu,contractus ipso iure sit nullus,& nullius roboris,vel momenti, ac omnia in priorem statum reducatur modo prædicto, etiam si de ipso contractu appareret instrumentum iuratum, & ipse non teneatur ad aliquam fructuum restitutionem ex dictis bonis perceptorum. Si verò nollet talem contractum rescindere,possit talia bona retinere,& à suo auctore,vel ab eius hæredibus cōsequi omnes sumptus necessarios,& legitimos pro nouā inuestitura obtinenda modis, pactis,& cōditionibus solitis, & vsitatis in concessionibus in emphyteusim talium bonorum; & nihilominùs quarta pars pretij intèr partes cōuenti ex qualibet paga proportionabilitèr debeat minui,& defalcari,ac detrahi; & si de pretio non esset conuentum,quarta pars ęstimationis à peritis faciendæ,tanquàm de bonis allodialibus,debeat defalcari. Paritèr si quis etiam rusticus, seù comitatinus vendiderit, vel vt suprà alienauerit aliqua bona supposita oneri taxarum rusticalium non affrancatorum, vel affrancatorum,non facta mentione istorum onerum,liceat ei, qui talia bona emit,vel vt suprà acquisiuit,talèm contractum rescindere,si velit, dummodò alienans nō liberauerit eadem bona à talibus oneribus infrà annum à die intimationis sibi factæ; sed si velit bona prædicta retinere,tunc si erunt soppòsita oneri non affrancatorum,quarta pars pretij restituatur,seù minuatur,& deducatur ex qualibet annua solutione,seù paga,pro vt diximus de bonis emphyteuticis, vel quinta pars, si erunt descripta æstimo affrancatorum, si tamèn ipse alienans nō liberauerit eadem bona à dictis oneribus infrà tempus suprà statutum.

De actione

DE ACTIONE REDHIBITORIA, ET QVANTO MINORIS PRO BESTIIS MORBOSIS VENDITIS. RVB. XXVIII.

VT occurratur fraudibus vẽdentium, & emptoribus ignorantib. succurratur, cum à venditoribus decipiũtur pro bestijs morbosis, & vitiosis, præsenti statuto declaramus, quòd si quis in nundinis, seù mercatu, vel extrà vendiderit, aut permutauèrit, vel alio modo alienauerit bouem, vaccam, vel aliquod aliud animal bouinum, præsumatur dedisse vt homines probi, ac fidi solent iuxtà stylum, & consuetudinem mercatus Foroliuij, nisi alitèr esset conuẽtum, vel nisi ad vsum macelli esset datum, ità vt teneatur ad ea, quæ infrà dicentur, pro quolibet ex his defectibus, siuè vitijs; videlicèt pro morbo comitiali, pro tussi, pro dolore veteri, si sanguinem mingat, & si cornibus feriat, seù percutiat, & vt vulgò dicitur (per il mal caduco, per la tosse, per doglia vecchia, e se piscia sangue, e se dia di cozzo) volumus quoq; talem alienantem teneri pro hoc sexto vitio; scilicèt si tale animal sit emptum ad iugum, & nolit, vel non possit condecẽtèr arare, vel currum trahere, vel similia exercitia facere, arbitrio boni viri. Paritèr si quis, vt suprà, vẽdiderit, seù permutauerit, vel alio modo alienauerit equum, vel equam, teneatur, nisi alitèr sit conuentum, ad ea, quæ infrà dicentur, si tale animal laboret aliquo ex his defectibus, nempè, si sit bulsum, si habeat cimorrum, si sit lunaticũ, si sit suspiciosum, vel si laboret dolore veteri, & vt vulgò fertur (se sia bolso, se habbia il cimorro, se sia lunatico, se sia arrostito, se habbia doglia vecchia; liceat ergò illi, qui aliquod animal bouinum, vel equinum emerit, vel vt suprà acquisiuerit intrà vnum mensem, & non vltrà, à die contractus, & rei traditæ computandum, interpellare in iudicio, vel extrà auctorem suum, vt periti eligantur ad iudicandum, & arbitrandum an verè tale animal laboret aliquo ex supradictis morbis, seù vitijs; nàm si vitiosum reperiatur, possit talis emptor, seù acquisitor eligere vnum de duobus, scilicèt, vel contractum rescindere, vel defalcum, & detractionem pretij arbitrio peritorum, consequi; & in his casibus D. Iudex ꝓcedat summariè, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, ferijs ad vtilitatem, vel recreationem hominum non obstantib. nec possit contrà præsentem dispositionem iudicare, non obstante aliqua lege, seù cõsuetudine in cõtrarium faciente.

DE REBVS LITIGIOSIS, ET QVÆ SVBIACENT RESTITVTIONI NON ALIENANDIS. RVB. XXIX.

NOLENTES lites ex litibus oriri,& cupientes scandalis obuiare, ordinamus,quòd nulla persona, collegium, vel vniuersitas audeat, vel præsumat vendere,permutare,& quoquo modo alienare,seù in aliam personam, collegium, vel vniuersitatem transferre quouis titulo alienationis, etiam largè sumpto vocabulo,rem aliquam litigiosam, quæ litigiosa dicatur, & intelligatur quo ad hunc effectũ, postquàm porrecta fuerit petitio de re, vel supèr re ipsa coràm Iudice competenti,cuius copia ad ipsum citatum peruenerit,& si cõtra factũ erit,non solùm ipso iure venditio,translatio, vel alienatio,inualida, & p nõ facta habeatur,sed etiam alienans condẽnetur pœna lib. centũ bon. Similitèr nulla res,quę substitutioni,vel restitutioni,vel fideicommisso ex forma alicuius vltimæ voluntatis subiaceat,possit de cætero donari,permutari, vendi, vel alio modo alienari, absq; expressa voluntate, & consensu illius, cui est facienda restitutio,vel qui in re tali extitit substitutus,& si alitèr alienaretur,seù expresè, vel nominatim obligaretur,talis alienatio,vel obligatio,nullius sit efficatiæ,vel momenti ipso iure;volentes etiam quòd hoc statutum locum habeat in forensibus, qui habent, vel habebunt aliqua bona in Ciuitate, vel districtu Foroliuij, subiecta tamèn restitutioni,vel substitutioni alicui Ciui,vel comitatino,vel districtuali nostro,vigore alicuius testamenti,vel vltimæ voluntatis, facti, vel factæ in Ciuitate,vel districtu Foroliuij, vel extrà, & nihilominùs venditor talis rei mulctetur pœna lib. quinquaginta,& totidẽ emptor,si sciuerit talem rem,quàm emit,restitutioni subiacere.

DE CHIROGRAPHIS, ET SCHEDIS PRIVATIS. RVB. XXX.

VT facilitas aperiatur creditoribus agendi contrà suos debitores statuimus, & ordinamus, quòd omnibus, & quibuscunquè schedis, siuè chirographis priuatis per quamcunq; personã subscriptis, in Archiuio publico tamèn annotatis,& legitimè recognitis, in quibus subscribens confessus fuerit, vel promiserit, siuè obligauerit aliquid alicui dare, vel facere, siuè in aliquibus se teneri,aut ab aliquo recepisse,habuisse,vel penès se habere, quod ad alium pertineret quauis de causa,vel occasione,plena adhibeatur fides,& probationem faciant in iudicio de omnib. in eis cõtentis,contrà tñ ipsos obligatos,vel eorum

eorum hæredes;ēt si parte absente confecta forent,vel si locus,testiūq; aliquorū subscriptio non adessent,dūmodò obligatus sit talis,qui aliàs obligari possit sine solemnitatib. aliquib. Declarantes,qđ quilibet per subscriptionē suam vt suprà obligatus,& eius hæredes,ætatis ann. xx. si sciant scribere,teneantur,& cōpelli possint opportunis iuris remedijs ꝑsonalitèr cōparere ad scripturā recognoscendū,& cōfitēdū, vel negādū medio iuramēto,an manu sua,siuè defuncti scripta, vel subscripta sit, & si cōfessus sit se,vel defunctū scripsisse, vel subscripsisse,plenā dicimus facere fidem,& ꝓbationē de omnib. in ea contentis;& quando esset à duob. testib. subscripta vltra subscriptionē principalis habeatur pindè ac si esset instrumentum in forma probanti in præiudiciū obligati,& talis obligatus,si legitimè citatus in scriptis personalitèr, aut ad solitam habitationis domū ad recognoscendum scripturam reddatur contumax,habeatur pro confesso, & scriptura ꝓ recognita,si scripta,vel subscripta fuerit manu eius, vel defuncti, cui successit,& exequi valeat. Si verò negetur,& p testes subscriptos fortaſsè ob mortē, vel quia absentes in longinquis partib. vel aliquo legitimo impedimento detēti sint,vel per alterū eorum recognosci nequeat, quoniàm in his casib. vnius recognitionem sufficere decernimus, tunc recognitio illius fieri possit, & debeat iuxtà sacrarum Constitutionum, seù iuris communis dispositionem.

DE QVIETATIONIBVS FACIENDIS DEBITORIBVS FACTA SOLVTIONE. RVB. XXXI.

ITEM statuimus,& ordinamus,quòd creditores teneantur,& debeant restituere debitorib. chirographa,seù scripturas priuatas,in quibus apparebat de credito,facta p ipsos debitores solutione nō solū sortis principalis, sed ēt expensarum legitimarū,si quæ factæ erunt ꝓ cōsecutione illius crediti. Si verò de credito constaret publicū instrumentū,vel esset facta confessio iudicialis, seù extraiudicialis sine scriptura, teneantur tales creditores ad petitionē debitorū, vel hæredū (facta tñ eis integrà solutione ꝓ vt fuit suprà dispositū) quietare huiusmodi debitores, liberādo eos à tali debito,vel obligatione p instrumentū iuratū;& merces Notarij integra soluatur ab ipso debitore, sed portio Archiuistæ persoluatur æqualitèr ab vtraq. parte iuxtà stylum, & consuetudinē Ciuit. nřæ; huiusmodi quoq; instrumētū quietationis debeat fieri instantib. debitoribus ex scriptura priuata, si creditores, vel hæredes allegarent penès se nō esse illā scripturā,vel amisisse,quo casu in pœnā suæ negligentiæ creditores,vel eorū hæredes teneātur soluere integrā mercedē Nor. ac portionē Archiuistæ cum omnib. alijs expensis necessarijs in celebratione instrumenti; & si in aliquo prædictorū defecerint,cogantur à Iudice opportunis iuris remedijs,etiam indicta mulcta.

DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO. RVB. XXXII.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd in hæreditate, & in bonis cuiuscunquè masculi, vel fœminæ ab intestato decedentis, etiam si non haberet facultatem testandi, prima successio fit descendentium, masculorum tamèn legitimorum, & naturalium, & ex masculis legitimis, & naturalibus descendentium: ità vt non cõprehendantur legitimati, nisi per subsequens matrimonium; adeò quòd si talis persona sic decedens reliquerit filium, vel filios, nepotes, vel pronepotes masculos legitimos, & naturales, & ex masculis legitimis, & naturalibus descendentes, succedant primò filij, & si filios nõ habuerit, succedant nepotes, & si nepotes non habuerit, pronepotes, si legitimi, & naturales sint, & ex legitimis, & naturalibus, seù ex legitimatis per subsequens matrimonium sint nati, in bonis omnibus vndecunq; quæsitis in stirpes, & non in capita: ità tamen vt descendentes masculi ex vno filio æqualitèr succedant cum altero filio adhùc superstite, vel cum descendentibus ex altero filio, licèt gradu proximioribus, in stirpes sempèr, & non in capita.

§. Quibus descendentibus masculis legitimis, & naturalib. existentibus, excludantur omninò ascendentes, ac etiam transuersales masculi, nec non filiæ fœminæ, neptes, & pronepte, ac deinceps aliæ descendentes etiam ex filijs masculis prædefunctis existentes, si dotatæ fuerint, & si non fuerint dotatæ, debeant dotari iuxtà dispositionem Rub. Quòd mulier dot. &c. & paritèr descendentes masculi ex filia excludantur.

§. Si autèm filij, vel nepotes, seù pronepotes, ac alij descendentes masculi, & ex masculis, vt suprà dictum est, non supersint, tunc filiæ legitimæ, & naturales, vel legitimatæ per subsequens matrimonium licèt dotatæ, collata tamèn dote, succedant vna cum neptibus ex filio prædefuncto, ac cum nepotibus, vel neptibus ex filiabus prædefunctis in stirpes, ità tamèn vt nepotes ex filia excludant neptes ex eadem filia, non autèm ex altera natas: sed neptes ex filio, & ex filia, & nepotes ex alia filia succedant æqualitèr in stirpes sempèr, & non in capita.

§. Si verò prædicti descendentes tàm masculi, quàm fœminæ non supersint, vel alter eorum, seù earum non supersit, tunc ascendentes masculi per lineam masculinam admittantur, qui gradu proximiores reperiuntur; sed per transitum eorum ad secunda vota, prædictæ hæreditatis proprietatem reseruare teneantur solùm fratribus, non autèm sororibus defuncti, vel defunctæ ex eodem matrimonio.

§. Quibus ascendentibus masculis non existentibus, fratres ex vtroquè parente, vel ex

vel ex latere patris tantùm,& fratris prædefuncti filij masculi succedant, ità vt si concurrant fratres ex vtroq; parente cum fratre ex latere patris tantùm,çqualitèr succedant pro virili,etiam in bonis maternis,eorum verò filij masculi in stirpes,& sempèr nepotes masculi repræsentent personam patris sui, etiam ex latere patris tantùm coniuncti cum defuncto, & succedant cum patruis, qui sint coniuncti cum defuncto ex vtroquè parente.

§. Quibus fratribus,vel altero ipsorum,vel nepotibus ex fratribus existētibus, sorores etiam vtrinquè coniunctæ non succedant,si dotatç fuerint,& si non fuerint dotatæ, debeant dotari iuxtà dispositionem Rub. Quòd mulier dotata sit cont. dote sua,minùsq; neptes ex fratre etiam vtrinquè coniuncto admittantur; salua tamèn matri defuncti legitima,si superfit,vel auiæ paternæ tantùm,si mater non superfit, exclusis auo materno,ac auia materna: & in his omnibus casibus prædicta legitima sit,& intelligatur esse tertia pars illius, quod habitura esset ab intestato secundùm dispositionem iuris communis, ità tamèn vt sorores hoc statuto exclusæ nō faciant partem quoad augendam,vel minuendam illam legitimam; sed dos non soluta illis nuptui traditis,vel non,debeat in hoc casu, tanquàm æs alienum arbitrio boni viri deduci; & huiusmodi legitimam habeant prædictæ mulieres quo ad vsumfructum duntaxàt, si ad secundas transiuerint, vel transibunt nuptias, reseruata eo casu proprietate supradictis fratribus ipsius defuncti.

§. Prædictis autèm fratribus, vel eorum filijs masculis non existentibus, tunc possint succedere,& succedant sorores prædictæ vna cum neptibus ex fratre prçmortuo,& nepotibus,seù neptibus ex altera sorore pdefuncta in stirpes tamèn, & non in capita, & mater insimùl cum eis æqualitèr cum qualibet sorore; & si mater nō extaret,auia paterna succedat in eadem virili portione, in qua sácimus succedere matrem,exclusis sempèr auo materno,& auia materna,ità vt tales fœminç reseruent proprietatem sororibus defuncti ex eodem matrimonio, si ad secunda conuolauerint vota.

§. Quibus sororibus,& neptibus non existentibus,seù aliqua ipsarum non existente,succedant patrui carnales vna cum fratribus patruelibus ex patruo prædefuncto in stirpes,& mater vna cum eis in æquali portione cum quolibet patruo; & si mater non existat, auia paterna; & si nec auia paterna extaret, succedat auus maternus,& in ipsius defectu succedat auia materna in ea portione, in qua diximus succedere matrem, si concurrat cum patruis,vel cum fratribus patruelib.

§. Quibus omnibus deficiētibus succedant in totum fratres, si extent, vel sorores,si fratres nō extent ex latere matris tantùm, Si verò contingat matrem defuncti,qui natus fuerat ex ipsa matre in secundo,vel vlteriori matrimonio, concurrere cum dictis fratribus,vel sororibus ex latere matris tantùm, tunc mater succedat in dimidia,cæteris fratribus,vel sororibus in altera dimidia vocatis,exclusis omnibus alijs; si autèm mater non superfit, admittatur auia paterna,& in ipsius

ipsius defectu auus maternus, quo non existente, admittatur auia materna ad illam portionem, ad quam vocauimus matrem, scilicèt ad dimidiam.

§. Non existentibus autèm prędictis, seù aliquo prędictorum, ordinamus quòd tali ab intestato defuncto succedant qui vocantur ex dispositione iuris communis. Declarantes tamèn à matre excludi auiam paternam, ab auia paterna auum maternum, & ab auo materno auiam maternam.

§. Volumus etiam quòd nepotes ex vna sorore succedant in stirpes cum nepotib. ex altera, sed si nepotes, & neptes ex eadem sorore reperiantur, nepotes tantùm admittantur. Quæ omnia, & singula non vendicent sibi locum in hæreditate iam adita, seù delata, quia hoc casu ius alteri quæsitũ auferre non permittimus.

§. Hoc addito, quòd supradictis sororibus, vel filiabus defuncti dotatis, vel dotandis, si remanserint viduæ, licitum sit ire ad habitandum in domo olim patris sui, vel fratris ab intestato defuncti, & ipsi fratres, seù eorum filij cogantur in ea domo, vel alia, in qua moram trahunt, dictas mulieres recipere, & receptare, ità vt ipsæ ibi valeant cõmodè cohabitare; paritèrq. teneãtur eas regere, & gubernare de bonis hæreditarijs, vt fecissent, seù facere debuissent si tales mulieres nuptui traditæ non fuissent, dũmodò ipsæ viduæ fructus suarum dotium in dicta domo conferant, & illas cum eis consumant, & idem fiat de fructibus aliorũ bonorum ipsarum mulierum, si alia bona habuerint vltrà dotes. Et hoc statutum sit præcisum, & omni statuto, & iuri communi huic contrarijs derogatorium, ac masculis fauorabile, & tanquàm fauorabile debeat ad illorum fauorem interpretari.

DE SVCCESSIONE IN DOTE, ET BONIS MVLIERIS AB INTESTATO DECEDENTIS RELICTIS LIBERIS, ET PATRE. RVB. XXXIII.

NE deincèps lites, & cõtrouersiæ oriantur supèr bonis, & dote mulieris ab intestato decedentis intèr eius patrem, & liberos statuimus, & ordinamus, vt tali mulieri sic ab intestato decedenti, si habuerit patrem, & filium masculum, vel fœminam, legitimos tamèn, & naturales, aut legitimatos per subsequens matrimonium, vel alios descendentes masculos, seù fœminas, succedant tales filij, siuè filiæ ex primo, vel secundo matrimonio, vel alij descẽdentes tàm in dote soluta, quàm non soluta, sed promissa, & in omnibus alijs bonis dictæ mulieris secundùm ordinem, ac dispositionem Rub. de successionibus ab intestato, excluso patre dictæ mulieris, tàm in proprietate, quàm in vsufructu.

FILII EX PRIMO, ET SECVNDO MATRIMONIO QVOMODO SVCCEDANT MATRI. RVB. XXXIV.

AD fraudes tollendas,quæ sæpè in filiorum primi matrimonij damnum, & legis fraudem excogitantur statuimus,& ordinamus,quòd nulla mulier, quæ transiuerit ad secunda, aut vlterius repetiti matrimonij vota, extátibus ex præcedenti matrimonio filijs masculis, possit constante secũdo matrimonio,in virum secundum,vel vlterioris matrimonij,seù in filios secundi,vel vlterioris matrimonij intèr viuos,seù etiam in vltima voluntate disponere, eisdem, vel eorum alteri plus relinquendo, seù dando de dote, vel de alijs quibuscunquè bonis,quàm reliquerit,seù dederit filijs masculis aliorum matrimoniorũ superstitibus,vel alteri eorum; ità vt isti nullo modo fraudentur portione eis debita proportionabilitèr ab intestato, iuxtà dispositionem statutorum nostrorũ; & idem obseruetur si mulier reliquerit fœminas tantùm ex vtroq; matrimonio; quòd si talis mulier reliquerit filias solùm ex priore matrimonio, & maritũ secundum,absq; filijs communibus,attendatur in omnibus, & per omnia dispositio. L. hac edictali. C. de secun. nupt. & si alitèr, vel alio modo, quàm superiùs sit expressum,reliquerit,seù dederit,vel donauerit,dispositio ipsa non valeat ipso iure,nec vllum sortiatur effectum,etiam cum consensu filiorum alterius matrimonij,si minores sint vigintiquinquè annis,etiam adhibitis omnibus, & singulis solemnitatibus requisitis in contractibus minorum; & totum,quod eis reliquerit,seù dederit vltrà id,quod præcedentium matrimoniorum filijs extantibus dederit,reliquerit,seù donauerit,pro nõ dato,vel relicto,vel donato habeatur, & ad primos filios masculos ꝓportionabilitèr deueniat ipso iure: omni circunscriptione cessante, si quæ per interpositam personam, vel alio quocunquè modo fuerit excogitata; & si talis dispositio fuerit iuramento vallata,nihilominùs ꝑ nulla,ac inualida habeatur,& tale iuramentũ censeatur dolo extortum,licèt fuerit apposita clau. nõ vi,dolo &c. Vxor autèm soluto secundo, vel vlteriori matrimonio possit de bonis suis liberè disponere,dũmodò filij nõ fraudẽtur in legitima eis de iure naturæ debita. Si verò istę mulieres secũdo nubẽtes decedãt ab intestato, constãte,vel soluto matrimonio,relictis solis fœminis ex vno,& solis masculis,vel ẽt fœminis ex altero matrimonio,tunc volumus qđ hoc casu succedant masculi,exclusis omnib. fœminis, tàm ex primo,quã ex vlteriori matrimonio,reseruata tamèn illis filiabus,quæ non habent fratres ex ipsa matre,legitima iure naturæ debita,qua nec etiam ex testamento priuari possint ab ipsa matre,licèt essent iam dotatæ à patre,vel à fratribus consanguineis, vel alio extraneo; sed si essent in totum,vel pro parte aliqua competenti dotatæ à matre, vel

à fratribus

à fratribus vterinis, tunc nullo modo admittantur ad dictam legitimam. Patri verò, qui transiuerit ad secundas, vel vlteriores nuptias, succedant soli filij masculi exclusis omnib. filiabus, tàm ex primo, quàm ex alio matrimonio iuxtà dispositionem Rub. de success. ab intest. Et præsens statutum sit præcisum, & derogatorium omnibus legibus communibus in contrarium facientibus, nec non statuto nostro, & præsertim Rub. de success. ab intest. ac Rub. quòd mulier dot. sit cont. dote sua, in his tamèn, in quibus est illis contrarium.

DE POTESTATE SÆPIVS TESTANDI NON TOLLENDA. RVB. XXXV.

AD hoc, vt omnis materia scandali tollatur, & malitijs hominũ obuietur, & nè ignari homines, ac mulieres à sagacioribus, vt fieri solet, decipiantur, & ad hoc ēt, vt cuicunq; personæ sit libera testandi facultas, statuimus, & ordinamus, quòd quicunq; de Ciuitate, comitatu, vel districtu Foroliuij, vel ibidem habitans in posterùm, siuè masculus, siuè fœmina fecerit testamẽtum in scriptis, vel sine scriptis, seù quãlibet aliam vltimam voluntatem, & in ipso testamento, vel in qualibet alia vltima voluntate apposuerit, siuè expresserit aliqua verba derogatoria, per quæcunq; verba reperirentur scripta in testamento, seù vltima volũtate, vel fecerit aliud testamentũ, seù codicillos, qui transiuerint ad formã alicuius cõtractus; talis testator, vel testatrix, vel alio modo disponens, possit liberè suo arbitrio, ac volũtate post tale testamentũ, vel codicillos, facere in scriptis, vel sine scriptis aliud testamẽtũ, codicillos, vel quãlibet aliã vltimam voluntatem, & dictum vltimum testamentum, vel quæcunq; alia vltima voluntas, dummodò illud, vel illam legitimè fecerit, præualeant præcedentibus, & seruari debeant, non obstante quòd clausula, vel verba derogatoria in primo testamento, seù in alia vltima voluntate scripta, vel solemnitates scriptæ non reperirentur scripta, & seruatæ in vltimo testamento, siuè in alia vltima voluntate; & non obstante aliquo iuramento in primis apposito, quòd hoc casu censeri volumus per dolũ extortũ, & errore appositũ; hæc tamèn habeant locum, dũmodò expresè reuocauarit illud testamentum, vel aliam vltimam voluntatem, vel appareret ex nominatione notarij, qui de illis fuit rogatus, vel ex verbis æquipollentibus, seù coniecturis vehementibus, quòd voluerit illud, vel illam reuocare; & prædicta vendicent sibi locum, & obseruari debeant vigore, & auctoritate præsentis statuti, tàm in futuris testamentis, & vltimis voluntatibus, quàm in iam factis adhùc tamèn viuentibus testatoribus, & his, qui alias vltimas voluntates cõdiderint, nõ obstante. L. si quis in principio testamenti. ff. de leg. tertio, vel aliqua lege in contrarium loquente.

QVANDO FILII SVNT IN CONDITIONE POSITI, CENSEANTVR DISPOSITIVE VOCATI. RVB. XXXVI.

AD tollendas tot Doctorum controuersias circà conclusionem illam, an liberi in conditione positi censeantur vocati, statuimus, & ordinamus quòd filij in conditione positi censeantur dispositiuè vocati, adeò vt potiùs intelligatur eis præseruata successio ex testamento, quàm ab intestato, quod omninò procedat, siuè facta fuerit dispositio ab ascendente, siuè ab alio penitùs extraneo, etiam si adiecta non esset qualitas masculinitatis, sufficiatq. positos in conditione reperiri natos, vel conceptos tempore purificatæ conditionis.

DE IVRE HÆREDITARIO NON ACQVISITO AD HÆREDES TRANSMITTENDO. RVB. XXXVII.

QVONIAM iuris rigor non admittebat transmissionem hęreditatis illius, qui nondùm cognouerat sibi aliquid hæreditatis fuisse relictũ. Nos benignorem dispositionẽ sequentes statuimus, & ordinamus, quòd si aliqua hæreditas, vel ius aliquod hęreditarium, tàm parentum, quàm extraneorũ, deferatur alicui personę, etiam ignoranti, & in quacunq; ætate cõstitutæ, tàm ex testamento, quàm ab intestato; & si ipse hæres priusquã adiuerit, decesserit, si tamèn ipsa hæreditas, seù ius hæreditarium adiri, siuè acquiri potuit, tunc trãsmittatur, ac transmissa intelligatur, & sit ad quoscunq; hęredes, seù hæredum hæredes ità volentes, suos, vel extraneos, ex testamento, siuè ab intestato, non obstantibus quibuscunq; in contrarium facientibus.

VT POSSESSIO DEFVNCTI CONTINVETVR IN QVOLIBET LEGITIMO SVCCESSORE. RVB. XXXVIII.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd si aliquis decesserit relictis filijs, aut filiabus, seù alijs legitimis hæredibus, vel successoribus etiam extraneis, ex testamento, vel ab intestato, tales hæredes auctoritate præsentis statuti intelligantur apprehendisse possessionem bonorum, quæ possidebantur à defuncto tempore mortis, & possessio bonorum eius intelligatur continuata ipso

iure, etiam ſine apprehenſione corporali; & huiuſmodi poſſeſſio pro vera, reali, & legitima habeatur, & ità etiam pronunciari facere poſſit dictus hęres per quẽcunquè Iudicem competentem, qui teneatur eos hæredes in ipſa poſſeſſione defendere, quouſquè legitimè cognitum erit de iuribus partium; & ſi quis turbauerit, vel inquietauerit poſſeſſionem dictorum bonorum ſine citatione, & Iudicis auctoritate, & iuris ſolemnitate non ſeruata, condemnetur in pœnam turbãtium alterius poſſeſſionem; & nihilominùs hæres, ſeù hęredes defendantur contrà quoſcunq; etiam non ſubiectos, & contrà quamlibet vniuerſitatem, vel collegium; & idem ius habeat in dictis bonis, qui emit ab hærede, ſeù hæredibus prædictis, vel qui aliam iuſtam cauſam, vel titulum habeat ab eo; & intelligatur defunctum bona poſſediſſe tempore mortis, ſi probabitur ipſum defunctũ dicta bona tenuiſſe, & poſſediſſe antè mortem intrà vnum menſem, dummodò non probaretur per aduerſarium, ſe, vel alium, à quo cauſam habuit, ipſa bona dicto tempore poſſediſſe; & prædicta de continuatione poſſeſſionis in hæredem locũ habeant, etiam ſi interim, antequàm adita eſſet hæreditas, poſſeſſio dictorum bonorum fuiſſet quoquo modo apprehenſa per tertium, quę apprehenſio in caſu prædicto pro nulla habeatur, & allegari non poſſit; & nihilominùs pro dicta poſſeſſione ipſi hæredi competant quælibet remedia poſſeſſoria, etiam poſſeſſionis recuperandæ; & omnibus diebus ius reddatur de, & ſupèr prædictis ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ac ferijs minimè obſtantibus, dummodò non ſint in honorem Dei, vel Sanctorum eius introductæ.

QVOD TREBELLIANICA POSSIT PROHIBERI ETIAM FILIIS PRIMI GRADVS. RVB. XXXIX.

VT tollantur lites, quæ oriri ſolent ex controuerſa illa Doctorum quæſtione, ſcilicèt an trebellianica prohiberi poſſit filijs primi gradus. Hac ſaluberrima conſtitutione firmamus, & decernimus, quòd parentes, ſiuè maſculi, ſiuè fœminæ poſſint in teſtamentis, codicillis, ſiuè alijs vltimis voluntatibus in poſterùm faciendis, filijs ſuis vtriuſquè ſexus conſtitutis etiàm in primo gradu, ac ſubſtitutis quibuſcunquè etiam extraneis, prohibere expreſsè, vel tacitè detractionem trebellianicæ, ſiuè eſſet detrahenda ab ipſis filijs legitima ſibi iure naturæ debita, ſiuè non: dummodò tamèn talia ſint appoſita verba, quæ ſufficerent ad prohibendam iſtam detractionem trebellianicæ extraneis hęredibus.

Quando

QVANDO AMITTATVR TREBELLIANICA PROPTER INVENTARIVM NON CONFECTVM. RVB. XXXX.

QVONIAM multotiès ob hæredum extraneorũ malitiã, & fideicommissariorum negligentiam nullum fit inuẽtarium bonorum fideicommisso suppositorum, & ideò adueniente die, vel tempore, vel purificata conditione fideicommissi, post multos annos à die mortis testatoris, nullo modo, vel difficilè probari potest identitas bonorum fideicõmisso subiectorum, vndè fit quòd tales fideicommissarij, vt docuit experientia efficax rerum magistra, nullum possunt consequi fideicommissum; huic absurdo quantùm per Nos fieri potest occurrere cupientes, hac perpetuò valitura lege statuimus, & ordinamus, quòd in posterùm hęredes vtriusq; sexus extranei duntaxàt, quibus est facta aliqua substitutio fideicommissaria, siuè sub cõditione, siuè post aliquod tempus, teneãtur, & debeant expensis hæreditatis intrà tres mẽses, si fuerint in Prouincia, vel intrà sex, si erunt absentes à Prouincia, computandos à die mortis testatoris, etiam non instantibus, nec petentibus fideicommissarijs, conficere inuentarium formale de omnibus bonis restitutioni suppositis, citatis omnibus habentibus interesse in illo fideicommisso, etiam vltimo loco vocatis; adhibitisq; omnibus, & singulis solemnitatibus infrà positis in Rub. de inuentarijs, & eorum forma; quòd si defecerint intrà dictum tempus tale inuentarium facere, amittant detractionem trebellianicę, etiam si non esset prohibita, si tamèn tales hæredes tẽpore mortis testatoris essent maiores viginti annis; nàm si essent minores, terminus supradictus trium, vel sex mensium respectiuè incipiat currere postquàm compleuerint vigesimum annum, siuè habeant curatores, siuè non. Declarantes tamèn per pręsens statutum non esse sublatam facultatem talibus fideicommissarijs compellendi, & cogendi iuris remedijs opportunis tales hæredes maiores, vel minores ad cõficiendum tale inuentarium, non solùm intrà dictum terminum, sed etiam post, non obst. quibuscunq; in contrarium facientibus.

QVOD MVLIER DOTATA SIT CONTENTA DOTE SVA, RVB. XXXXI.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd si aliqua mulier fuerit dotata à patre, matre, auo paterno, vel fratre carnali, & pater, seù mater, auus paternus, vel frater carnalis huiusmodi mulieris decesserit ab intestato, superstitibus filijs masc-

lijs masculis, vel nepotibus, vel pronepotibus, aut descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, natis ex filio, vel filijs, nepote, vel nepotibus masculis legitimis, & naturalibus, quòd ista talis mulier, vel eius filij, & hæredes non possint aliquid petere in bonis alicuius prędictorum ab intestato defunctorum, sed sit, & esse debeat cōtenta sua dote ipsa, & eius filij, vel hæredes; & omnia bona ipsorum defunctorum deueniant ad dictos filios, vel nepotes, vel pronepotes, & descendentes masculos iuxtà dispositionem Rub. de success. ab intest. adeò quòd sufficiat vt ab vno istorum fuerit dotata, siuè ex testamento, siuè ab intestato, ad effectum vt à successione omniũ excludatur: nō intendentes tamèn per præsentem dispositionem tollere, vel corrigere aliam sub Rub. filij ex primo, & secun. matrim. quomo. succed. matri.

§. Si verò pater, mater, auus paternus, vel frater carnalis talis mulieris dotatæ decesserit cum testamēto, & aliquid reliquerit tali mulieri dotatæ, vel eius filijs, vel ēt eam, seù filios p̄terierit, relictis filijs masculis, vel nepotib. vel pronepotibus masculis legitimis, & naturalibus descendētib. ex filio, vel nepote masculis legitimis, & naturalibus hæredibus, ista talis mulier, ac eius filij, vel hæredes debeant esse contenti dicta dote, & de eo, quod est eis relictum, quocunq; titulo sit relictum, & non possint aliquid petere ratione legitimę sibi iure naturæ debitę, sed debeant esse contenti dicta dote, si nihil aliud in testamento talis patris, matris, vel aui paterni, vel fratris carnalis sit relictum, & non possint dictum testamentum petere irritari, annullari, vel cassari ex eo, quod nihil eis fuerit relictũ, vel fuerit aliquid relictum, sed non iure institutionis.

§. Similitèr filiæ fœminæ, vel neptes, vel proneptes ex filio, vel nepote masculo, etiam non nuptæ, debeant esse contentæ dote vnicuiq; relicta in testamento patris, matris, aui paterni, vel alterius ascendentis, vel fratris carnalis, decedentium tamèn, vt suprà fuit dictum, cum filijs, vel descendebtibus masculis, quocunquè titulo fuerit relicta dicta dos, nec possint testamentũ nullum dicere, vel per querelam inofficiosi testamenti aliqualitèr impugnare ex eo, quod non fuerit talis dos iure institutionis relicta, vel sit minùs legitima; aut etiam si sint præteritæ ab huiusmodi patre, matre, auo paterno, vel fratre carnali, quia tunc volumus tales mulieres debere competentèr dotari à filijs, vel nepotibus hæredibus taliũ defunctorum.

§. Statuentes insupèr quòd si pater, mater, auus paternus, vel frater carnalis decesserint ab intestato, relictis filijs, nepotibus, pronepotibus masculis descendētibus ex filijs, vel nepotibus masculis, & aliqua filia, vel nepte, non dùm nupta, & dotata, dicti filij, vel nepotes masculi succedant in tota hæreditate talis defuncti iuxtà dispositionem Rub. de success. ab intest. nihilominùs ipsi filij, vel nepotes hæredes teneantur talem filiam, vel neptem, ex filio tamèn, innuptam, & indotatam maritare, & dotare competentèr, viribus hæreditatis, & personarum conditionibus attentis, si nubere intendit, vel eam, seù illas, in Monasterium monia-

lium

lium cum competētibus,& solitis donis mittere,si religionem ingredi voluerit, seù voluerint,& interim condecentia alimenta præstare; & in omni casu censeatur ipsa mulier exclusa ab hæreditate prædictorum,& nullum ius habeat in bonis,& hæreditate eorum,etiam ratione legitimę,prætèr dictam dotem competentem;ad quam dotem,vel alimenta,vel dona persoluenda si prædicti masculi hæredes fuerint negligētes,quilibet Iudex competens teneatur, & debeat vinculo iuramenti,summariè,simplicitèr,& de plano,sine strepitu, & figura iudicij ipsos hæredes personalitèr, & realitèr cum effectu compellere, & si Iudici videbitur,ad hoc conuocet duos bonos viros attinētes,vel vicinos talis defuncti,maiores vigintiquinquè annis, qui vna cum eo declarent quantitatem dictæ dotis, quam dotem declaratam dictus Iudex cogat ipsos hæredes ad soluendum marito cum pactis, & dilationibus arbitrio prædictorum, si sit nupta post mortem talis defuncti,vel si periclitarent,vel dilapidarētur bona dotare debentis, ad deponēdum penès Priorem S. Montis pietatis Foroliuij, vel apud alium idoneum depositarium,pro ipsa maritanda,si non dùm maritata fuerit. Et si in his Iudex fuerit negligens,postquàm fuerit supèr hoc requisitus,in quinquaginta lib. monetę Prouinciæ per eius Syndicatores condemnetur.

§. Declarantes etiam quòd prędictis mulieribus sic dotatis, vel dotandis danda sint correda,siuè bona paraphernalia conuenta;si verò non sit conuentū de quātitate,tunc debeant dari arbitrio matris, vel auiæ paternæ; si verò matrem, vel auiam non habuerit, tunc arbitrio duarum ipsius mulieris consanguinearū magis in gradu proximarum; cum hoc tamèn, quòd prædicta bona excedere non possint valorem quatuor pro centenario dotis promissæ.

§. Addentes quòd in casu,quo aliqua dos, vel aliquid nomine dotis esset relictū dictæ mulieri quocunq; titulo à patre, matre, vel auo paterno,quorum filij posteà,vel nepotes,& hęredes maritarent talem mulierem,dotando illam,nulla facta in promissione talis dotis mentione illius, quod fuerit relictum huiusmodi mulieri à patre,matre,vel auo paterno, nec etiā aliqua renunciatione à tali muliere facta, nihilominùs dictū relictū cōputari debeat in dote promissa,ità vt talis mulier, vel eius maritus,ac hæredes nō possint,& dotem,& relictum insimùl consequi,sed debeant esse contenti,vel dote promissa,vel relicto; quod idem dicimus,quando fratres deberent dotare sororem ex latere patris tantùm, & ipsa successisset matri suæ in totum, vel in parte, quia tunc quicquid ab ea esset acquisitum ex testamento, vel ab intestato, volumus computari in dotem à prædictis fratribus constituendam; & iuramentum contrà dispositionem præsentis statuti præsumatur per errorem interpositum, & cum animo, vt relictum computetur in dotem.

§. In omnib. autèm supradictis casibus,siuè dos esset relicta in testamento prædictorum, siuè ab intestato debita ex dispositione præsentis statuti, talis dos nō succedat loco legitimæ quoad effectum transmittendi ad hæredes, ità vt dicta

mulier

mulier in ea nullū ius habeat, nisi cum effectu nupta sit, vel in Monasterio monialium professa.

QVOD MARITVS LVCRETVR TERTIAM PARTEM DOTIS VXORIS ABSQVE LIBERIS DECEDENTIS. RVB. XLII.

ITEM statuimus, & ordinamus quòd si contingat vxorem alicuius post celebratum matrimonium præmori viro suo absq; filijs, seù nepotib. masculis, vel fœminis legitimis, & naturalib. communibus tamèn, & eiusdē matrimonij, tertia pars dotium, & mobilium, siuè corredi ipsius vxoris vltrà legata, quæ viro reliquerit in sua vltima voluntate, debeat esse ipsius mariti, & ipsam tertiam partem lucretur maritus auctoritate præsentis statuti, & dictam partem in dicto casu nullatenùs restituere teneatur, siuè ipsa vxor dederit dotem, siuè mobilia, siuè corredum, siuè alius quicunq; fuerit, qui dederit, etiam si ipsa dos, & mobilia, seù corredum danti, & eius hæredibus, & successoribus expresè fuerint promissa reddi, & restitui per ipsum maritū, vel alium, etiam cum iuramento, dummodò verbis expressis non fuerit renunciatum huic lucro statutario; & prędictū lucrum deducat dictus maritus etiam ex bonis immobilibus, quamuis vxor esset minor vigintiquinq; annis, & tàm in dote cōstituta ab homine, quàm à lege: quæ omnia procedant, & locùm habeant, etiam si mulier prædicta alios relinquat filios, vel liberos tempore mortis suæ ex alio, seù alijs maritis suis præmortuis susceptos; quia eis nihil obstantibus tertiam partem, vt suprà est dictum, lucretur vltimus maritus: dummodò tamèn ipsa vxor tot non reliquerit filios ex prioribus matrimonijs, quòd vnus ex filijs masculis consequeretur minorem portionem, quàm dictus vltimus maritus; quia tunc volumus ipsum maritum lucrari portionem æqualem cum quolibet filio masculo, siuè decedat ipsa vxor ab intestato, siuè cum testamento; & in omnibus supradictis casibus impensa funeris mulieris prædictæ pertineat ad maritum, ac ad filios proportionabilitèr, iuxtà quantitatem lucri, & successionis.

§. Hoc addito, quòd si aliqua mulier transiuerit ad secunda vota, vno vel pluribus filijs, vel filiabus existentibus ex primo matrimonio, vt dicta mulier, seù eius pater, vel aliqua alia persona non possit per aliquod pactum tacitum, vel expressum, vel alium quemcunq; modum defraudare filios, vel filias primi matrimonij, quin succedant matri ipsorum in dictis dotibus, & corredis, & alijs bonis mulieris mobilibus, vel etiam immobilibus cum filijs secundi matrimonij, iuxtà dispositionem Rub. filij ex primo, & secun. matr. quom. suc. matri; siuè mater decederet ab intestato, siuè cum testamento; & iuramentum appositum dolo, & fraude censeatur extortum, ac in fraudem legis, & ideò non sit obligatorium, etiam

etiam si adesset Iudicis decretum.

§. Et prædicta omnia, & singula locum habeant in matrimonijs in futurùm dissoluendis quocunq; tempore contractis; hocquè statutum sit præcisum, & derogatorium omnibus iuribus in contrarium loquẽtibus; hoc intellecto, quòd pręsens statutum valeat, & locum habeat, siuè mulier fuerit traducta ad domum prædicti sui mariti, siuè non; & si dos nondùm esset soluta, habeat ipse vir auctoritate huius statuti actionem ad petendam dictam tertiam partem dotis, & bonorum paraphernalium, siuè corredi proportionabilitèr, secundùm tamèn solutiones, seù pagas conuentas; sed si aliqua pars dotis esset soluta, possit maritus eam partem retinere pro dicto lucro, vsquè ad quantitatem dictæ tertiæ partis. Si verò dos soluta excedat quantitatem tertiæ partis, tunc illud, quod excedat, restituere teneatur.

§. Addentes, quòd vir possit dictum lucrum detrahere de omni re, de qua detrahitur dos, veluti de fideicommisso, & de re emphyteutica. Si autèm prædecesserit vir vxori, non possit talis vxor aliquid petere in bonis viri, nisi illud, quod vir expressè ei legauerit, seù alio titulo reliquerit.

QVOD FRVCTVS BONORVM VXORIS SINT MARITI. RVB. XLIII.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd mariti, siuè maritorum parentes, qui sustinent onera matrimonij, lucrentur fructus omnium rerum vxorum, & nuruum suarum respectiuè, dotalium, siuè non, etiam si ipsæ haberent patrem: & idem sit dictum de hæredibus maritorum, quousq; dictę mulieres habitauerint cum eisdem, nisi aliud per maritum in sua vltima volũtate fuerit ordinatum, & dispositum: vel alio modo esset conuentum intèr dictas mulieres, & præfatos hæredes. Insupèr si aliqua mulier constante matrimonio aliquid acquisiuit, vel acquiret in posterùm ex successione, vel substitutione alicuius, vel quocunq; alio modo licito, omnes prædictarum rerum fructus, & redditus sint mariti, vel eius parentis, vt suprà est dictum.

DE DOTE CONFESSATA. RVB. XLIV.

PRO bono publico statuimus, quòd omnis confessio dotis per maritum, vel eius procuratorem facta, de qua cõstet publicum instrumentum cum expressa hypotheca bonorũ, valeat, & teneat, siuè facta fuerit antè matrimonium, siuè constante matrimonio, præcedente tamèn promissione; ità qđ pro dote ipsa vxor, & habentes causam ab ea præferantur in bonis pro tali dote obligatis, quibuscũq; alijs posteriorib. creditoribus; &. L. assiduis. C. qui potior. in pign.

in pign. hab. vendicet sibi locũ in dote vt suprà confessata, & in huiusmodi dote habeat locum statutum sub Rub. Quòd marit. luc. ter. par. dot. vxoris, &c. Declarantes tamèn prædicta non procedere quãdo opponeretur, & opponi posset contrà dictam confessionem exceptio non numeratæ dotis, vel præscriptionis, seù renunciationis, vel probaretur quòd cõfessio simulata fuisset, aut in fraudem creditorum confecta; in quibus quidèm casibus per talem confessionem nolumus vllum præiudiciũ creditoribus afferri. Insupèr declaramus mulieres vigore p̃sentiũ statutorũ ab hæreditatib. exclusas, & ob id dotãdas, ꝓut disposuimus in Rub. Quòd mulier dotata &c. & in Rub. De success. ab intest. habere hypothecata oĩa bona talis defuncti, à cuius hęreditate fuerunt exclusę, pro suarũ dotiũ cõsecutione, ac si ab eodẽ fuissent ipsis expressè obligata, & hypothecata.

DE ALIMENTIS PRO DOTE NON RESTITVTA PRÆSTANDIS. RVB. XLV.

STATVIMVS, & ordinamus, in casibus, in quib. de iure hæredes maritorũ tenẽtur, & obligati sunt ad p̃standa alimenta mulierib. pro dote non restituta; si dos excedat quantitatem scutorũ quingentorum, quòd huiusmodi alimenta pręstentur iuxtà, & secundùm qualitatem personæ mulieris, quę debet alimentari, absquè consideratione quantitatis dotis. Quando verò dos non excedet et summam, & valorem scutorum quingentorum, tunc regulentur p̃dicta alimenta ad rationem quinq̃. pro singula centena quolibet anno, absquè vllæ consideratione qualitatis mulieris p̃dictæ; & talia alimenta soluantur de semestri in semestre in principio cuiuslibet semestris. Declarantes quòd si dicti hęredes restituant dotem intrà annũ luctus, non teneantur ad præstanda alimẽta mulieri prædictæ pro toto anno, sed pro tempore, seù rata anni, quo retinuerunt dotem, attamèn in omni casu præstent tali mulieri vestes lugubres, & annulum sponsalitium, si reperiatur, & si non reperiatur, arbitrio boni viri taxetur.

DE INVENTARIIS, ET EORVM FORMA. RVB. XLVI.

CVM communis error quãdoquè pro lege habeatur, & etiàm periti literarum in confectione inuentariorum interdùm allucinẽtur, iccircò sãcimus, quòd in omnibus, & singulis inuentarijs, quæ in posterùm fient per aliquos hæredes, seù eorum procuratores, seruetur infrascripta forma vľt.

In Dei nomine Amen, &c.

N. hęres talis volens non inconsultè, sed cum beneficio inuentarij hæreditatem dicti talis adire, nè vltrà vires hęreditatis teneatur, immò potiùs sciens, vt potiatur omnibus beneficijs Iustinianæ legis, se teneri ad confectionẽ inuentarij; pro-

clamatis

clamatis creditoribus,& legatarijs, & fideicõmissarijs, & debitoribus dicti quodam talis,& qua libet alia persona, qui, & quæ vellent esse præsentes confectioni huiusmodi inuentarij,quòd tali die,ac hora tali cõpareanr in tali loco coràm Iudice ad videndũ,& standum pſentes confectioni dicti inuentarij, & quicunq; velit in prædictis aliquid opponere,vel contradicere,compareat in dicto termino,in dicto loco, coràm dicto Iudice ad opponendum,& cõtradicendum quicquid velit; & ipsis proclamatis hora debita expectatis,& nemine comparẽte,vel tali,& tali comparente,si aliquis compareret;adhibitis tribus bonis viris,& idoneis videlicèr.

§. Præmisso venerabili signo nostræ reparationis † propria manu ipsius hęredis,vel procuratoris,si procuraror fecerit præsens inuentarium de dictis bonis, in hunc modum facere curabit.

§. In primis namq. cõfiteatur,& asserat se inuenisse talia,& talia bona immobilia, deindè mobilia,& se mouẽtia,credita, & debita eiusdẽ hæreditatis, quæ expressè describat in dicto inuẽtario fideliter,& absquè dolo,vna cum confinibus bonorum immobilium; & quantitate,ac valore bonorum mobilium,vel se mouentium,vel cuiuslibet debiti,vel crediti: protestans quòd quando ad manus, & notitiá ipsiusmet hæredis aliqua bona,credita, vel debita dictæ hæreditatis peruenerinr, omnia manifestabit, & in præsenti inuentario describet: si autèm dictus hæres maliriosè, vel dolosè omitteret aliquid scribere, puniatur secundùm iuris dispositionem,non obstante dicta protestatione.

§. Inuentarium autèm per hæredem,seù eius procuratorem factum secundùm formam supradictam,licèt aliæ solemnitates iuris non sinr positę, valeat, & teneat,& habeat roboris firmitatem,& effectum,quem, & quam haberet, si in eo seruatæ essent solemnitates omnes,quæ requiruntur à iure communi in confectione inuentarij: dummodò dictum inuentarium,& eius confectionem præcedat citatio,seù proclamatio saltèm generalis legatariorum, & fideicommissariorum,& creditorum hæreditatis, & aliorum volentium aliquid dicere,vel opponere,vel confectioni dicti inuentarij interesse,de mandato dicti Iudicis, antè bancum iuris, & antè domum vltimę habitationis olim defuncti, quæ proclamatio, seù citatio bis fiat, vna die pro alia sequenti iuridica, & in dicta citatione, seù proclamatione ponatur hora,qua debet fieri dictum inuenrarium, quod fiat coràm Iudice ad bancum iuris, nisi hæres per se faciens inuenrarium esset honesta Domina, nàm tunc debeat fieri in domo ipsius defuncti, ad quam dictus Iudex teneatur accedere, & dicto inuentario suam,Cõmunisq; Foroliuij auctoritatem, & decretum interponere; & subscriptio in dicto inuentario fieri debeat per manum vnius tabellionis: & eadem forma seruetur in inuentario, quod fit à Tutore, vel Curatore.

§. Et inuentaria, quæ fient sub forma in hoc statuto contenta, valeant,adeò qđ contrà ea opponi non possit ob aliquas solemnitates omissas; & oppositiones

omninò non admittantur, non obstante aliqua iuris dispositione contraria. Inuentaria tamèn, quæ fient de cætero non seruata forma huius statuti, nõ valeant, & contrà ea opponi possit, cessante omni consuetudine, si quæ adesset in contrarium.

DE QVODAM INVENTARIO CONFICIENDO AD INSTANTIAM CONSANGVINEORVM DEFVNCTI. RVB. XLVII.

QVIA sæpè qui remanent in domo defuncti, vel qui tutelam, & curam hęredum ipsius defuncti suscipere debent, antequàm faciant inuentarium, ad quod de iure tenentur, bona mobilia, siuè scripturas eiusdem hæreditatis occultare possunt. Nos consulere volentes indemnitati hæredum, & creditorum, præsenti statuto ordinamus, & præcipimus quòd ipsa die, qua moritur aliquis de Ciuitate, comitatu, vel districtu Forohuij, relictis hæredibus suis, vel extraneis, masculis, vel fœminis, minoribus tamèn viginti annis, duo viri maiores vigintiquinquè annis de agnatis, vel cognatis, vel etiàm affinibus ipsorum hæredum, qui tunc temporis erunt in Ciuitate, vel districtu, debeant adire Prætorem Ciuitatis nostræ, vel alium Iudicem competentem, & coràm eo instantèr petere, vt mittat notarium confidentem, qui præsentibus ipsis instantibus, ac etiàm dictis hæredibus si infantiam excesserunt, & etiam cum assistentia Iudicis, si opus erit, describat omnia bona mobilia, vel se mouentia, ac scripturas, quæ reperientur in domo talis defuncti, siuè sint propria, siuè aliena; qui Iudex visa instantia præcipiat, & mandet ea omnia ipsa die exequi; sed si ipsa die omnia describi non poterunt, mandet ea, quæ non erunt descripta reponi in arcis, seù in aliquo cubiculo, vel horreo, quæ faciat sigillo suo muniri, clauesquè deponat apud probam, & confidentem personam, donèc erunt omnia descripta. Postquàm verò erunt omnia descripta, ea consignari, & assignari faciat illis, quibus de iure debetur hęredum tutela, & cura, vel administratio bonorum talis defuncti. Qui tutores, & curatores teneantur iuxtà dispositionem, & formam traditam in statuto sub Rub. antecedenti, inuentarium formale facere, in quo si aliquid deerit ex dictis proprijs bonis ipsius defuncti, prima vice descriptis, ac illis consignatis, teneantur de suo proprio damnum emendare. Si quis autèm impedierit dictam descriptionem fieri, vel aliquod impedimentum præstiterit dictis consanguineis, vel affinibus, non permittendo eos, siuè notarium, missos tamèn à Iudice, dictam domum intrare, vel dictam descriptionem fieri, & compleri, ac ea exequi, quæ suprà dicta sunt; vel aliquas res ibi existentes occul-

tauerit

tauerit, condemnetur in quinquaginta libras monetæ Prouinciæ, ac etiam possit tanquàm suspectus priuari iure consequendi dictam tutelam, curam, vel administrationem supradictam: qua pœna mulctetur etiam in syndicatu Iudex, coràm quo dicta instantia facta fuerit, si dolo, vel negligentia prætermiserit ea, ad quæ ex præsentis statuti dispositione tenetur.

QVOD FORENSES SVBIICIANTVR POENIS PRÆSENTIVM STATVTORVM. RVB. XLVIII.

STATVIMVS quòd omnes, & singuli forenses, in Ciuitate, territorio, vel districtu Foroliuij per annum continuè habitãtes, comprehendantur, & comprehensi esse censeantur sub dispositione statutorum nostrorum, ẽt in màteria pœnali loquentium; nullamq; possint allegare ignorantiam in aliqua eorum parte, vbi pœna adaptari possit.

DE APPLICATIONE POENARVM. RVB. XLIX.

QVONIAM in volumine præsentium statutorum multæ, & diuersæ pœnæ imponuntur pro varijs, ac diuersis delictis, criminibus, & contrauentionibus absquè vlla dictarum pœnarum applicatione. Volentes in his congruentem adhibere dispositionem, statuimus, & ordinamus in omnibus, & singulis casibus, in quib. per præsentia statuta pœnæ imponuntur, & specialitèr de earum applicatione dispositum non est, quòd prædicta applicatio, seù applicationes fieri debeant, & intelligantur factæ vt infrà vz. Vbi pœnæ imponũtur à libris decem infrà monetæ Prouinciç applicẽtur, & applicatæ censeantur pro dimidia fabricæ palatij Communis Foroliuij, & pro vno quarto accusatori, seù inuẽtori, & pro alio quarto Iudici; & vsq; ad prædictam quantitatem possit, & valeat Iudex prędictus, seù Iudices valeant de eisdem pœnis cõponere, ac eas remittere, condonare, & cassare arbitrio suo, seù eas in totum, vel in parte exigere, seù exigi facere, prout, & sicut eidem magis placuerit. A prædicta autèm quantitate suprà vsq; ad quamcunq; sum. prædictæ pœnæ applicentur, & applicatæ cẽseantur pro dimidia parte Reuer. Cam. Apostolicæ, & pro vno quarto Iudici, & pro alio accusatori, seù executori. Addentes quòd in omnibus præsentibus Statutis bona, seù res contrafacientis non intelligantur, nec sint amissæ, vel perditę, nisi in casibus, in quibus hoc expressè cautum reperiatur in dictis ordinationibus, & statutis.

QVOD STATVTA FOROLIVII NON RECIPIANT INTERPRETATIONEM. RVB. L.

AD tollendas omnes ambiguitates,& contentiones statuimus, & ordinamus, quòd omnia statuta Ciuitatis Foroliuij intelligantur prout iacent verba, nec aliquam recipiant interpretationẽ, seù exterioreẽ intellectũ, sed purè,& simplicitèr,pro vt verba eorum sonant,& quòd à verbis horum Statutorum minimè recedatur.

QVOD MASCVLINVM CONCIPIAT FOEMININVM. RVB. LI.

ITEM decernimus, & ordinamus, quòd vbicunquè in Statutis Communis Foroliuij reperiantur verba in masculino genere prolata, tunc illa verba, etiam si sint in materia pœnali, & odiosa, intelligantur in genere fœminino, & masculinum genus concipiat fœmininum, si commodè verba adaptari possint ad genus fœmininum, vel nisi absurdum aliquod sequatur, vel repugnet ratio recti sermonis,& intellectus.

DE OBSERVANTIA PRÆSENTIVM STATVTORVM. RVB. LII.

STATVIMVS, & ordinamus, qđ omnia, & singula Statuta nouitèr reformata,edita,publicata,atq; in præsenti volumine registrata valeant, teneant,ac validam roboris obtineant firmitatem, & perpetuò in posterùm efficacitèr seruari mandamus, & non alia Statuta iam antèa condita manuscripta,etiam posita sub eisdem Rubricis; nàm illa volumus esse sublata,ac correcta; & præsentia præualere, ità vt nec stylus, seù mos aliquis antiquus, tacitus, seù expressus,aut consuetudo etiam inueterata contrà ipsa Statuta,vel eorum formã aliquo modo valeat: immò si quid actum fuerit etiam prætextu styli,moris,vel consuetudinis, contrarij, seù contrariæ, sit ipso iure, & facto nullum, nec aliquo modo obseruari debeat. Derogantes ex nunc omnibus legibus communalibus, Statutis,ordinationib. decretis, bannimentis, prouisionibus, & reformationibus quibuscunq; etiam perantèa proclamatis, & publicatis, quæ contradicerent præsentibus nostris Statutis nupèr reformatis,& compilatis.

Quòd

QVOD IN ARCHIVIO COMMVNITATIS, AC IN ARCHIVIO PVBLICO PONANTVR DVO ORIGINALIA STATVTORVM. RVB. LIII.

ITEM statuimus, & ordinamus, qđ postquàm Statuta pręsentia erunt impressa, ac in lucem edita, syndicus Communitatis teneatur ponere in Archiuio particulari, siuè secretaria dictæ Communitatis vnum volumen præsentium Statutorum, & aliud volumen in Archiuio publico Ciuitatis, quæ inseruiant pro originalibus prædictorum Statutorum, in fine quorum voluminum per secretarium Communitatis apponatur approbationis rogitus cum sigillo solito dictæ Communitatis, quę etiam ad maiorem corroborationem subscribantur ab omnibus, & singulis Reformatorib. apponendo sua sigilla; ad quę quidèm volumina originalia, sic nouitèr reformata, & reposita, vt suprà, recurri volumus, quotiescunquè dubitari contingat de errore aliquo Statutorum in lucē editorum, tanquàm ad matricem ipsorum Statutorum. Mandantes, istis voluminibus existentibus in Archiuijs prædictis plenissimam, ac indubitatam fidem adhibendā esse, & tamē dicta volumina aptari, & ligari, intràq; tabulas coopertas corio rubeo poni, & cum fibulis suis claudi ad longiorem conseruationem; & tales Archiuista, & Secretarius teneantur ostendere gratis cuilibet illa videre volenti.

STATVTA PRÆSENTIA A QVO TEMPORE INCIPIANT LIGARE. RVB. LIV.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd postquàm præsentia Statuta ab Illustrisſ. & Reuerendisſ. D. Cardinali Legato fuerint approbata, eorū publicatio fieri debeat, qua facta, & sequuta post duos menses ipsa Statuta ligent, arctent, & obligent oēs ciues Foroliuienses, comitatensesquè, ac districtuales, in his tamèn casibus, in quibus ipsi non habent Statuta, ac cęteros omnes, qui de iure arctari possunt, & debent ab istis Statutis; in casibus tamèn occurrentib. post dictum bimistre, in quibus omninò censeantur ipso iure abrogata, rescissa, ac dissoluta omnia, & singula Statuta vetera, præterquàm in causis appellationum dependentibus, seù procedentibus à processibus agitatis, factis, seù pendētibus antè huiusmodi publicationem, seù tempore dictę publicationis, in quibus omnibus casibus, & causis Statuta vetera, de his tractantia, quo ad ordinationem processus, & etiam quo ad decisionem negotij, & causæ principalis, debeant obseruari donèc ipsæ lites fuerint finitæ, & extinctæ.

Quòd

QVOD NVLLVM STATVTVM INTELLIGATVR CONTRA ECCLESIÆ LIBERTATEM. RVB. LV.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd omnia, & ſingula Statuta Ciuitatis Foroliuij facta, & facienda intelligantur, & ſint cõdita ad honorem, & reuerentiam ſacroſanctę Romanæ Eccleſiæ, & ſedis Apoſtolicæ, & ſi vllum Capitulum, vel Statutum eſſet, quod in totum, vel in parte directè, vel indirectè eſſet, vel eſſe poſſet contrà libertatem Eccleſiæ, ex nunc ipſo iure irritum ſit, & pro non facto, ac omnia, & ſingula in tali Statuto, vel Statutis contenta contrà prædictã libertatem Eccleſiæ cancellari debeant, & abradi, & pro raſis, & cancellatis ipſo iure habeantur.

FINIS STATVTORVM ILL. CIVITATIS FOROLIVII.





In Chriſti

IN CHRISTI Nomine Amen. Anno ab eius Natiuitate millesimo sexcētesimo decimo tertio, indictione vndecima, tempore Pontificatus Sanctisſ. in Xpo Patris, & Dñi nr̄i D. PAVLI Diuina Prouidentia Papæ Quinti, die verò nona mensis Martij.

HAC eadem die coràm Perilluſt. & Excellētiſſimo D. Antheo Claudio I. C. Pergulenſi Breuium Apoſtolicorum Scriptore, huiuſce noſtræ Ciuitatis Gubernatore completa fuit reformatio Statutorum Foroliuij per Illuſtres, & Excellentiſſimos DD. I. V. D. infraſcriptos electos, & deputatos ab Illuſtri Conſilio generali, prout de eorum electione, ac deputatione conſtat ex rogitibus mei not. & ſecretarij infraſcripti, qui omnes eādem compilationem, & reformationem coràm me, & teſtibus infradicendis recognouerunt, approbauerunt, ſeq; propria manu ſubſcripſerunt ad laudem, & gloriam indiuiduæ Trinitatis, ac Beatiſſimæ ſempèr Virginis, ſanctorumq; Valeriani, & Mercurialis Protectorum noſtrorum, & ſancti Caroli, ac totius curiæ cœleſtis.

Ita eſt Antonius Dentus.
Ita eſt Abſalon Sauorellus.
Ita eſt Petrus Paulus Auguſtinus.
Ita eſt Octauianus Aſpinus.
Ita eſt Bernardinus Albicinus.

Actum Foroliuij in Palatio publico Illuſtris Communitatis in appartamēto nouo nuncupato [le Fantine] in Camera deputata ab Illuſtri Magiſtratu Dominorum Conſeruatorum ſupradictis Dñis Reformatoribus iuxtà plateam Sancti Caroli, & cortile dicti Palatij.

Præſentibus ibidem D. Franciſco Sonaldo Cancellario dictæ Communitatis, & Franciſco Teſta Donicello eiuſdem Communitatis.


Loco O ſigil.

Fabius Marcianeſius Sec.

DOMI-

DOMINICVS
ARCHIEPISCOPVS NAZARENVS
CARDINALIS RIVAROLA
PROV. ROMAND. ET EXARCATVS RAV.
DE LATERE LEGATVS.

Dilectis Filijs Conseruatoribus Ciuitatis Foroliuij.


VM humana natura nouas assiduè satagàt edere formas, & plura sint negocia quàm vocabula, icciircò oportet legislatores alias denuò cōdere leges, alias verò corrigere, & emendare, quib. eiusmodi casib. consulatur. Non immeritò Vos ad reformāda vetera ipsius Ciuitatis Statuta, & penè in desuetudinem missa, Iurisconsultos Conciues vestros elegistis, à quibus graui studio compilata, correcta, ac ampliata, & deindè summa diligentia à Reuerendissimo D. Antonio Orsino Vice legato nostro reformata fuerunt. Nunc verò precamini quatenùs Nos eadem Statuta sic reformata, & impressa auctoritate, & facultatibus, quibus fungimur approbare, & confirmare dignaremur. Quapropter precibus vestris benignè annuentes per præsentes eadem Statuta, decreta, & ordinamenta, omniaquè in eis contenta, approbamus, & confirmamus, & pro approbatis, & cōfirmatis haberi volumus, & mandamus ex nostra certa scientia, & ijsdem auctoritate, potestate, & facultatibus, &c. Mandantes pdicta Statuta sic reformata, & confirmata ab omnibus, ad quos spectat, inuiolabilitèr obseruari, & custodiri, non obstan. &c.

D. CARD. RIVAROLA LEG.



Dat. Rau. die 22. Nouemb. 1615.

Ludouicus Manzinius Sec.



BVLLA EVGENII PP. IIII.

DE DOMO DEI.





VGENIVS Episcopus seruus seruorũ Dei, dilectis filijs Antianis, Consilio Ciuitatis nostræ Foroliuien. præsentibus, & futuris salutem, & Apostolicam benedictionẽ. Eximię deuotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam geritis Ecclesiam, non indignè meretur, vt petitionibus vestris, illis pręsertim, quę ad hospitalium, ac pauperum in illis pro tempore existentium, commodum, & vtilitatem cedere dignoscuntur, quantùm cum Deo possumus fauorabilitèr annuamus. Cum itaq; sicut exhibita Nobis nupèr ꝑ parte vestra petitio continebat hospitale pauperum Domus Dei nuncupatũ Foroliuien. à pluribus annis citrà proptèr negligentiam, ac malum regimen illius rectorum, seù gubernatorum plura, & diuersa sustinuerit detrimenta; nec nõ personę miserabiles ad illud confluentes debita charitatis subsidia non susceperint. Pro parte vestra Nobis fuit humilitèr supplicatum, vt pro hospitalis conseruatione, & pauperum huiusmodi consolatione vobis Iuspatronatus, ac eligendi personam idoneam in rectorem dicti hospitalis, nec non facultatem, illam sic electam, instituendi, & ad nutum vestrum ab ipsius hospitalis regimine amouendi, perpetuò concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitùr supèr hoc statui, & idemnitati præfati hospitalis prouidere volentes, ac sperantes quòd in electionibus de personis idoneis per vos ad d ctum hospitale de cętero faciendis talem curam, & diligentiã adhibebitis, qđ per illas hospitale ipsum, eiusq; possessiones, & bona conseruabuntur, nec non pauperes ad illud pro tempore cõfluentes benignè recipientur, pluraq; cõmoda, & charitatis subsidia suscipient; huiusmodi supplicationib. inclinati, vobis Iuspatronatus, ac pręsentandi personam idoneam ad dictum hospitale, quotiès illud ex nunc in antea

 vacare


vacare contigerit Episcopo Foroliuien. pro tempore existenti per eum ad præsentationem huiusmodi instituendã, nec non prefato Episcopo quòd personam sic præsentatam, & institutam pro tempore huiusmodi quotiès sibi pro vtilitate dicti hospitalis expedite videbitur, & ad id consensus vester accesserit, à pfato hospitali, eiusquè regimine, & gubernatione amouere possit, & debeat Apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuò concedimus, & etiam indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisquè contrarijs quibuscunquè. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autèm hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Ferrariȩ Anno Incarnationis Dominicȩ Millesimo quadringentesimo trigesimo octauo, nonas Maij. Pótificatus nostri, Anno Octauo.

Gratis de Man. D.N.PP.
Bos.



CLEMENS

CLEMENS
PP. VII.
COMMVNITATI
FOROLIVII.





ILECTI Filij salutem, & Apostolicã benedictionẽ fidelis, & deuota affectio, quam ad Nos, & Romanam Ecclesiam gerere cõprobamini promeretur, vt in his p quæ status vestri prosperitati consuli possit, & quieti, Nos vobis, pro vt possimus, fauorabiles exhibeamus. Hinc est qd Nos vestris per Oratores vestros Andream Bonutium, Peregrinum Latiosum Iuris vtriusq; Doctores, & Comites Palatinos, & Valerianum Vrsellum, ac Petrum Herculanum Conciues vestros Nobis porrectis supplicationibus inclinati omnia, & singula priuilegia, concessiones, & indulta à fel. rec. Iulio ij. Leone x. & Adriano vj. Rom. Pontificibus Prædecessoribus nostris, tàm per literas sub plumbo, quàm in forma breuis confectas, concessa, nec non ipsius Ciuitatis nostræ Statuta, Ordinationes, & Decreta, ac Institutionẽ Collegij vtriusq; iuris Doctorũ Foroliuien. per venerabilem Fratrem Bernardum Episcopũ Taruisin. tunc in Ciuitate nostra Bononien. Vicelegatum, & Prouinciç Romandiolæ Pręsidem de consensu forsàn nostro, qui tunc in minoribus constituti legationis in dicta Ciuitate fungebamur officio, factam, cum omnibus, & singulis priuilegijs, facultatibus, & indultis in huiusmodi institutione contentis: quorum omnium tenores pręsentibus haberi volumus pro expressis, iusta tamèn, & rationabilia, nec contrà libertatem Ecclesiasticã tendant, & pro vt in vsu sunt, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus, ac denuò, vt pręmittitur, cõcedimus. Exposuerunt quoq; Nobis ijdem Oratores quòd nonnulli ex comitatinis Foroliuien. tàm à Rom. Pont. Prædecessoribus nostris, quàm ab ista Communitate ciuilitate donari nõ ea seruant, quę pro decore ciuilitatis huiusmodi seruare obligati sunt in dedecus, & damnum istius Ciuitatis, cui Nos consulentes volumus, quòd quæcunquẽ priuilegia, immunitates, exemptiones per Romanos Pontifices, & istam Communitatem comitatinis Foroliuiensibus concessa robur obtineant, quatenùs comitatini ipsi ea obseruent, quæ ratione dictæ ciuilitatis, tàm de iure, & consuetudine, quàm vir-

tute,& forma ipsorum priuilegiorum seruare tenentur, aſs priuilegia ipsa comitatinis pdictis, vt præmittitur, cōcessa, nulla, irrita, & inania, ac nullius roboris, & momenti esse decernimus; ac volumus qd Præses dictæ Prouinciæ Romand. super iure, seù facultate diuertendi aquam canalis fluentis per comitatum Foroliuij à clausa fluminis Foroliuiensis in comitatū Rauēnaten. ad quędam molēdina nōnullorū priuatorū Rauēnaten. in flumen Vitis, seù Aqueductus, vel Rōchi, vt dicitur, in comitatū Foroliuien. ad effectū obuiādi innundationib. aquarum dicti canalis in eodem comitatu Foroliuien. exundantis, vt dicitur, proptèr eleuationem dictorum molendinorum in cōfinibus comitatus Rauennaten. & loco [la Cucolia] nuncupato consistentium, & maximè in mutatione clausę fluminis, & canalis huiusmodi, p vt iuris fuerit, pcedat, & debito fine terminet. Et insupèr Monti Pietatis eiusdem Ciuit. Foroliuij omnia, & singula priuilegia, indulta, concessiones, facultates, Indulgentias, immunitates, exemptiones, emolumenta, honores, & vtilitates, quomodocunq; & ex quacunq; causa prouenientes, & proueniētia alijs Montibus Pietatis, Bononien. Parmen. Fauentin. Mutinen. ac aliarum Ciuitatum, & Terrarum Ecclesiæ, quomodolibet concessas, & concessa eisdem modo, & forma indulgemus.

Quòdq; bona Emphyteutica, seù liuellaria quorumcunq. seù quarumcunquè Ecclesiarum, seù piorum locorum in Ciuitate, Diœcesi, comitatu, vel districtu Foroliuien. cōsistentia de cętero proptèr canonem non solutum ad Ecclesias, & pia loca huiusmodi deuolui, seù in commissū incidere nō possint, sed Ecclesijs, & locis pijs, iuxtà indulta Communit. Rauēnatēsi desupèr cōcessa, quib. etiam vos vti possitis satisfieri debeat. Quòdq; vos de quibuscunq. locis dictæ Prouinciæ Romand. frumenta, blada, ligna, & quoscunq; fructus ex bonis vestris perceptis, & percepta, solutis tamèn soluendis, liberè ad domos vestras Foroliuij deducere possitis eadem auctoritate, & tenore concedimus, ac plenam, & liberam facultatem indulgemus, dummodò non extrahantur nisi seruatis ordinib. hactenùs obseruatis, dùm Nos in minoribus constituti legationis munere fungebamur, & quicquid secus supèr præmissis attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstan. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Prouinciæ Ciuitatum, & locorum prædictorum Iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, ac quorumcunquè Superiorum introductionibus, cęterisq; contrarijs quibuscunq;. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris. die xxij. Februarij. M.D.XXIV. Pontificatus Nostri Anno primo.

Euangelista.

BVLLA

BVLLA
PAVLI PP. V.
DE BONIS EMPHYTEVTICIS.



D Perpetuam rei memoriam. Pro nostrà paterna in subditos nostros charitate, in his auctoritaté nostram libetèr interponimus, per quæ eorũdé subditorũ nostrorũ cõmoditatib. opportunè consultũ iri comperimus. Nupèr si quidèm dilectorũ filiorum Communitatis, & hominum Ciuit. nostræ Foroliuien. nomine per dilectos etiam filios Antonium Dentum V.I.D. & Nicolaũ Marcianesiũ Ciues Foroliuien. & eorumdẽ Cõmunit. & hominum apud Nos Oratores Nobis nupèr expositũ fuit, quòd cum multi ex Ciuibus, & incolis eiusdem Ciuitatis, & eius comitatus, quamplura bona directi dominij, siuè Cathedralis, siuè aliarum Ecclesiarũ, necnon Monasteriorũ, & Domorum, seù Cõuentuum vtriusq; sexus, & diuersorum Ordinũ Regulariũ, ac beneficiorũ ecclesiasticorum, Hospitaliũ, & piorũ locorum antiquitùs in Emphyteusim locari, & cõcedi solita habeant, & possideant, & quandoq; eueniat, vt statim, atq; canonis debiti ratione horum bonorũ solutio per Emphyteutas intrà biennium non fiat, ipsi bonorum Domini directi deuolutionem eorumdem bonorum acceptent, & illorum possessioné propria auctoritate, non citatis, nec in eorum iuribus auditis Emphyteutis, apprehẽdant in graue ipsorum Emphyteutarum pręsertim pauperũ damnum, & pręiudiciũ. Et proptereà eorumdẽ Communitatis, & hominum nomine Nobis humilitèr supplicatum fuit, vt Ciuium, incolarũ, & habitatorũ Ciuit. & cõitatus pdictorũ indénitati in pmissis opportunè puidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eorũdem Cõmunit. & hominũ honestis petitionib. quantũ cum Domino possumus, benignè annuere, ac eos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum quẽlibet à quibusuis excõmuncationis, suspẽsionis, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis sentẽtijs, cẽsuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quib. quomodolibet innodati existunt, ad effectũ pręsentium duntaxàt cõsequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes. Huiusmodi supplicationibus inclinati, ex voto venerabiliũ Fratrum nostrorũ S. R. E. Cardinalium supèr executione constitutionis fel. rec. Clementis PP. viij. Prædecessoris nostri de bono regimine Communitatum status ecclesiastici deputatorũ, quibus hoc negocium examinandum commisimus, harum serie statuimus, & ordinamus, quòd quicunq; ex dictis Emphyteutis nunc, & pro tempore existẽtibus

tibus


tibus vltrà biennium, terminum trium mensium ad purgandum moram, & soluendum canonem (nisi in inuestituris hucusq; factis reperiatur appositum tempus indictionis, quo casu terminus indictus obseruetur) habere debeant. Et vlteriùs, quòd in casu cuiuscunq; deuolutionis teneantur Ecclesiæ, Monasteria, & alij directi Domini huiusmodi citare possessores bonorum, quæ deuoluta fuisse prætendent, coràm Iudice competenti, qui in huiusmodi iudicio summariè, & executiuè procedere debeat; nec possint ipsi directi Domini bonorum eorumdem, nisi citatis, vt præmittitur, possessoribus prædictis, possessionem apprehendere. Decernentes præsentes literas nullo vnquàm tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seù intentionis nostræ, vel alio quocunquè defectu notari, impugnari, redargui, aut inualidari, infringi, reuocari, retractari, vel ad terminos iuris reduci, seù in ius, vel controuersiam reuocari posse; sicq; & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunq; iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis alitèr iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus supèr his à quopiam quauis auctoritate scientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Quocircà dilectis filijs nostro, & Apostolicæ sedis in Prouincia Romandiolæ pro tempore existenti de latere Legato, seù eius Vicelegato, aut eiusdem Prouinciæ Præsidi, ac causarum curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenùs ipsi, vel duo, aut vnus eorū per se, vel alium, seù alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunq; vbi, & quando opus fuerit, & quotiès pro parte dictorum Communitatis, & hominum fuerint requisiti, solemnitèr publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & quemlibet ex his, quos præsentes literæ concernunt eorumdem præmissorum effectu pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos desupèr à quopiam quomodolibèt indebitè molestari; contradictores quoscunq; per censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo; inuocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstan. fel. recor. Bonifacij PP. viij. Prædecessoris nostri de vna, & in concilio generali edita de duabus dietis, dummodò vltrà tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quibuscunq; pactis contrà formā præsentis declarationis, initis, etiam iuramento vallatis, nec nō quarumuis Ecclesiarū, Monasteriorū, & ordinū etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apostolicis, etiam Mare magnū, & Bulla aurea, vel aliàs nūcupatis, sub quibuscūq; tenorib. & forma, & cum quibusuis clausulis etiā irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac aliàs quomodolibèr concessis,

cessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumq. totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua non autèm per clausulas generales idem importantes mentio, seù quęuis alia expressio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice duntaxàt specialitèr, & expressè derogamus; contrarijs quibuscunq; aut si aliquibus communitèr, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Romæ, apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die x. Nouembris MDCV. Pontificatus Nostri, Anno Primo.

Loco † sigilli.

M. Vestrius Barbianus.

BVLLA
CLEMENTIS PP. VIII.
SVPER BONO REGIMINE COMMVNITATVM.





RO commissa Nobis à Domino S.R.E. eiq; etiam in temporalibus subiectarum Ciuitatũ, & Populorum, tutela, paternaq. ergà nostros subditos charitate; præcipuo studio tenemur prouidere, vt ad eos pertinentia bona, ea, qua decet, fide, & cura, vtilitèr, & prouidè administrentur, præsertim verò tollantur praui abusus, qui in publicum, & commune damnum paulatim irrepunt. Ex quibus, & hactenùs graui ære alieno communia illorum bona oppressa, vel ab ipso nostri Pontificatus initio comperimus. Et malum hoc, nisi celeritèr opportuna remedia adhibeantur; quotidiè in deteriùs prolabi videmus. Dùm enim pauci sua priuata commoda, & lucra quærunt, atquè illicitis modis, quòd prauè ambiunt, aut concupiscunt, cōsequi affectant, Potentiorum, aut Vulgi gratiam vanis assentationibus aucupantur, suas deniq; cupiditates explere satagunt, nulla vtilitatis publicæ ratione habita, ærarium publicum ipsarum Ciuitatum, & Locorum exhauriunt, graui ære alieno implicant, inanibus pompis, & ostentationib. dilapidant. Quibus malis,

malis, atq; incommodis (quantùm nostra vigilãtia, atq; auctoritate eniti possumus) occurrere cupientes. Hac nostra perpetuò valitura constitutione, statuimus, & ordinamus, vt in qualibet Ciuit. Terra, Oppido, Castro, & loco dicti status tẽporalis Ecclesiastici vniuersi, itaut etiam Bononien. & Beneuentañ. nostræ Ciuitates sub hac constitutione sint comprehensę; Tabella, aut Libellus quotãnis initio anni conficiatur, in quo sumptus omnes ordinarij, & extraordinarij publicè vtiles, aut necessarij, sint descripti. Et earum quidèm, quæ certæ, & ordinariæ sunt, expensarum certa etiam taxa, & summa exprimatur, quæ verò incertæ, & extraordinariæ videbuntur, earum vniuersæ summa aliqua annua taxetur, quam toto anni curriculo excedere nequaquàm liceat. Sigillatim verò pro rei indigentia, ex vniuersa summa sic taxata à toto Consilio, cum interuẽtu Præsidis, Gubernatoris, aut Potestatis, portiones necessariæ infrà annum detrahantur, eaq; Tabella, aut Libellus per Gubernatorem, seù Præsidem Prouinciæ, aut Ciuitatis, & cuiuscunq; Terræ, Oppidi, & Castri Prætorem, seù Potestatem, singulis annis. Hac verò prima vice non solùm ab ipsis, sed etiam post eos intrà triginta dies tunc proximè sequentes, à dilectis filijs S. R. E. Camerario, & Thesaurario Generali Cameræ Apostolicæ accuratè, & diligentèr inspiciatur, corrigatur, & approbetur, ex punctis indè ijs omnibus impẽsis, quæ prætèr, aut contrà hanc nostram Constitutionem, etiam ex Statuto, vel consuetudine antiqua fieri solebant, ac retento ipsius Tabellę, seù Libelli exemplo, seù Registro penès Cameram Apostolicam gratis, & absq; vllo earundem Cõmunitatum, seù Vniuersitatum dispendio, statim intrà decem dies, ab ipsius receptionis die numerandos, sic reuisa, approbata, & correcta, ad prædictas Communitates, seù vniuersitates remittatur. Districtè autèm inhibemus sub indignationis nostræ, & alijs grauissimis, nostro, & successorum nostrorum arbitrio, imponendis pœnis, ne pro Sigillo, vel pro scriptura, carta, attramento, cera, capsula, cordulis, alijsuè rebus, ad huiusmodi expeditionem pertinentibus, seù pro labore, aut regalibus, quidpiam, nè minimum quidèm obolum, hac de causa prædicti Camerarius, aut Thesaurarius, eorumuè Notarij, Tabelliones, Secretarij, Familiares, aut quilibet Officialis, vel Minister, exigere, vel etiam spontè oblatum, recipere præsumat, quinimò volumus, vt sine vlla mora omnia gratis, & prout in Pœnitentiaria Apostolica fieri solet, sine aliqua solutione expediantur, & mittantur. Atq; in hoc, Camerarius, & Thesaurarius pdicti summo studio inuigilent, & si aliquem ex suis, vel alijs Notarijs, Tabellionibus, Secretarijs, Familiaribus, Officialibus, aut Ministris, vel minimũ quicquam recipisse deprehenderint, aut cognouerint, contrà eos, etiam ad priuationẽ officiorum, & munerum, quæ obtinent, inhabilitatisq; ad illa, vel alia in posterùm obtinenda exilij perpetui ab Vrbe, & eius districtu, & alijs grauioribus pœnis procedant, scituri, si conniuendo, aut tolerando, aut aliàs quomodolibèt receptionum, & exactionum huiusmodi per se, vel alium conscij, aut participes fuerint,

fuerint,se quoq; nostrum,& successorum nostrorum iudicium, in hac re seue-rum,vt pfertur,subituros. Verùm eadem Tabella,seù Libellus,eiusuè exemplum sic correctum,approbatum,& intrà decem dies remissum,nedùm in ipsarum Communitatum,seù Vniuersitatum Archiuio asseruetur, sed in publico aliquo omnibus patenti, ac conspicuo loco, pro foribus Aulæ, vbi habetur publicum consilium, vel vbi Ius dicitur, & frequens populi fit concursus,affigatur,& perpetuò retineatur. Nec liceàt in futurùm,nisi de expressa, Cameræ Apostolicæ,aut si vrgens necessitas moram non patiatur,Gubernatoris,aut Præsidis Ciuitatum,& locorum, qui statim postèa Camerarium,& Thesaurarium Generalem prædictos certiores de eo reddere teneantur, licentia; cum interuentu Procuratoris Fiscalis eiusdem loci, causa cognita, etiam similitèr gratis concedenda,Tabellæ ipsius,seù Libelli tenorem, etiam sequentibus annis immutare,aut alterare,neq; absq; prędicta licentia,etiam in casibus improuisis,inopinatis,aut insolitis,aliquid,vltrà contenta in huiusmodi Tabella, aut Libello, erogare. Quicquid verò vltrà præscriptas summas erogatum fuerit, id volumus,vt ab eis,quibus,exigendi,& solidandi computa,& rationes expensi,siuè illa,vt dicitur syndicandi cura, incumbit; nequaquàm ratum habeatur, neque ipsis communibus Ærarijs dictorū locorum,aut massis, sed personis singularibus,quæ sumptus ipsos fecerint,expensum feratur,quę etiam ad illius,tāquàm ab eis indebitè ablati restitutionem teneantur: id autèm quo accuratiùs seruetur, & earundem Ciuitatum, & Terrarum, ac Populorum vtilitati ampliùs consulatur,pręcipimus,vt quilibet modernus,aut pro tēpore existens Gubernator,Præses,aut Potestas,tàm ex nunc,seù in ipso primo ingressu, quàm deindè statim finito tempore Magistratus per quoscunq; Priores, Massarios, Camerarios,aut Officiales,gesti; intrà decem dies ab ipsis Prioribus,Massarijs,Camerarijs,seù Officialibus,qui Magistratu funguntur,aut fungi desinunt respectiuè,plenariam informationem rerum ad publicum regimen,& administrationem communium bonorum pertinentium,præcipuè verò indicem, & nomina singulorum debitorum cuiuscunq; Communitatis,seù Vniuersitatis,tàm ex supradictis,quàm ex alijs quibuscunq; causis,accuratè, & sigillatim descripta, sibi tradi,eaq; postmodùm cum primū solutionis dies aduenerit, aut si iam aduenerit,intrà tres,aut ad summum quatuor menses per Officiales, & Magistratus earumdem Communitatum,seù Vniuersitatum,exigi, & in Ærarium Communitatis, seù Vniuersitatis referri, & si quid in fine anni deductis expensis in Tabella,seù Libello descriptis superérit, id in extinctionem æris alieni publicè contracti, aut si æs alienum nullum sit, vel in Annonam subleuandam, vel pro Monte Pietatis, vel in recuperationem, & redemptionem bonorum, & rerum, seù iurium per ipsas Communitates, siuè Vniuersitates alienatorum, vel deniq; in aliorum immobilium bonorum emptionem, cum interuentu tamèn Gubernatoris,seù Potestatis,& Procuratoris Fiscalis Loci,conuerti curet. Quod si p-

dictas pecunias in Monte Pietatis deponi contigerit, id ea conditione fiat, vt illas postèa, quandocunq; eædem Communitates, & Vniuersitates indè extrahere, & si eis videbitur, in vsus per hanc Cõstitutionem permissos erogare, valeant. Fisci verò cuiuslibet Loci Procurator petat omninò corã Syndicis, & Gubernatore, seù Præside, aut Potestate intrà decem dies ab ijs, qui Magistratu perfuncti sunt, tàm de administratione iuxtà taxam in Tabella, seù Libello præscriptam, quàm de alijs supradictis, præsertim nominibus debitorum in exactis rationes reddi. Et si quid, vel in expensis excessum, vel circà exactionem neglectum, aut per negligentiam vltrà tempus prædictum, dilatum fuerit, contrà eosdem reos, Magistratu, vt præfertur, perfunctos, ad restitutionem indebitarum expensarum, nec non ad solutionem de suo proprio debitorum per negligentiam inexactorum, ac vlteriùs, etiam ad pœnarum in hac Constitutione contentarum executionem procedi, quarum pars quarta ipsi Procuratori Fiscali sit applicata. Si verò post huiusmodi decem dies elapsos, Gubernator, aut Potestas in exigendis rationib. vel in cogendo ad soluendũ, vel restitutionẽ, aut in exequendis pœnis, siuè aliàs in pmissis negligens fuerit, ad restitutionẽ, & refectionẽ damni, ex indebitis impẽsis, vel retardata exactione, cõmuni Ærario cuiuslibèt Loci, illati, etiam de suo proprio integrè teneatur. Procurator autèm Fiscalis eius Terræ, Oppidi, aut Ciuitatis, Generalem Cameræ Apostolicæ Procuratorem Fiscalem de huiusmodi negligentia certiorem faciat, siuè etiam cuilibet de Populo id denunciare liceat, ac tàm in syndicatu per eos, ad quos spectat, quàm postèa per Procuratorem Fiscalem Generalem Cameræ Apostolicæ contrà ipsos Gubernatores, & Potestates, siuè etiam contrà personas, quæ pro ipsis in syndicatu fideiusserint, procedatur, ità vt, tàm ab eis, quàm ab ipsis reis principalibus, illatum damnum, inexacta debita, indebitæq; expensæ, & quæ in hac Constitutione continentur mulctæ, cum simili lucro personis prædictis applicando exigantur. Ac pptereà, tàm ipsi Gubernatores, Præsides, Potestates, quàm Procuratores Fiscales in præmissis culpabiles, officijs per eos obtẽtis, eo ipso priuati, & ad illa, atq; alia similia de cæterò obtinenda perpetuò inhabiles, & incapaces sint, & censeãtur. Præfati verò Gubernatores, & Potestates, eorumq; Cancellarij, Secretarij, Tabelliones, aut Ministri, vel Familiares nihil omninò, nè minimum quidèm occasione syndicatus huiusmodi, vel pro sententia ferenda, aut pro Tabella, seù Libello conficiendo, reuidendo, vel licentia, vt præfertur, concedenda subscribẽda, vel taxa facienda, emolumenti, aut regalium, neque etiam pro mercede, aut labore, siuè aliàs, vt præfertur, percipiant; & si quid perceperint, etiam tanquàm huius Constitutionis violatores, pœnas, quæ in ea sunt descriptæ, ipso facto incurrant. Cæterum omnibus, & singulis Communitatibus, Vniuersitatibus, & Populis quarumcunq; Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorũ, & Locorũ status nostri tẽporalis Ecclesiastici, earumq; Senatui, Consilijs, Adunãtijs, & Cõgregationib. Magistratib. & Administratorib. eorũq; singulatibus

ribus personis districtè interdicimus,& prohibemus,ne quis eorum,vel earum, sub quouis prætextu, aut causa, etiam vrgenti, & necessaria, contrà constitutionem fe. re. Sixti Papæ Quinti prædecessoris nostri, quæ incipit Intèr multiplices,quam Nos harum serie approbamus,innouamus,& ampliamus. Bona,aut iura sua vendat, alienet, hypotecet, aut census supèr illis imponat, aut pro se, præterquàm ex causa locationis tantùm ad modicum tempus, & solutionibus non anticipatis, nō autèm titulo conductionis,nec vllo modo,pro alijs obliget, siuè ære alieno se obstringat,neq; Legatos, seù Oratores ad Nos,& sedem Apostolicam sumptibus publicis,aut etiam priuatis,& proprijs ipsorum Legatorum, nequè etiam si ipsi spontè id munus suscipere, & de suo proprio impensas subire velint, vnquàm mittat ne uè sub nomine Agentis, aut negotiorum gestoris, vel Procuratoris, aliàs quàm ad necessariam litium prosecutionem in Rom. Cur. paritèr expensis communibus, aut priuatis, retinere, aut mittere, ne uè quispiam id munus suscipere, aut obire audear, nisi habita priùs, quo ad obligationes, & alienationes, licentia, iuxtà prædictæ Sixti prædecessoris Constitutionis tenorem. Quo verò ad mittendos Legatos, seù Oratores,à Nobis,vel pro tempore existente Romano Pontifice, vel ab eo, qui consultationibus negociorum Status Ecclesiastici pro tempore præerit duntaxàt in scriptis obtenta, sine qua, si quis id munus suscipere ausus fuerit, prætèr alias per Sixtum prædecessorem inflictas pœnas, etiam officijs per eum obtentis eo ipso priuatus, & ad illa, & alia quæcumquè obtinenda perpetuò inhabilis, & incapax, nec non infamis, & ignominia, atquè infamia notatus, censeatur. Ad hæc prohibemus paritèr nè prædictæ Communitates, Vniuersitates, earumuè Collegia, Senatus, Adunantiæ, Congregationes, Magistratus, Officiales, aut singulares personæ vllo modo præsumant ex fructibus, redditibus, & prouentibus, collectis, vel contributionibus certis, vel incertis, ordinarijs, seù extraordinarijs, eorum Ærarij, seù massæ communis, siue ex pecunijs, etiam priuatis, & particularibus singulorum Ciuium per viam voluntariæ collectæ, seù contributionis in commune congestis, etiam cuiusuis statuti, seù consuetudinis, aut veriùs corruptelæ prætextu, ex quauis causa, etiam solita, & rationabili. Munera, aut dona quæcunquè cuiuis Legato, Vicelegato, Gubernatori, Protectori, Viceprotectori, Præsidi, Officiali, aut personæ, etiam quauis, tàm Ecclesiastica, etiam Pontificali, aut alia maiori, etiam S.R.E. Cardinalatus, quàm mūdana dignitate fulgenti, seù illius consanguineis, affinib. familiarib. aut ministris, mittere, tradere, aut largiri, aut in alicuius, etiā Legati, Vicelegati, Gubernatoris, Præsidis, Benefactoris, aut Protectoris honorē, etiā occasione hospitij, aut transitus, vel primi ingressus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriā, gratiq; animi restificationē pro cōstruendis, ornandis, aut erigēdis ppetuò, vel ad tēpus Portis, Arcub. Tropheis, Porticib. Mœnib. aut alijs monumētis, seù ꝑ ꝑdictis ꝑsonis, quauis dignitate, vel auctoritate fungentib. honorificè,

lautè,& opiparè recipiendis,seù pro quibusuis cõuiuijs,aut hospitijs,etiam moderatis,eisdem,aut cuiuis alteri,quacunq; occasione,vel causa exhibendis,aut ꝓ personis,quæ illos comitentur, aut illis ministrent, vel obuiàm procedant præciosis vestibus induendis vllas pecunias erogare,vel pro cõgiarijs missilibus, aut muneribus publicis,seù etiam cibarijs esculentis,& poculentis epulis, commessationibus,aut compotationibus,Populo,aut Magistratibus,vel Officialibus vltrà eorum salaria,& emolumenta de iure,vel ex laudabili consuetudine debita, largiendis,seù pro præstandis pueris,vel adolescentib. studiorum causa,alimentis,vel dotibus puellarum non egentium augendis, aut pro exhibendis spetaculis,etiam pijs,& intrà Ecclesias,vel extrà eas,in quibusuis publicis, aut priuatis, sacris,aut prophanis locis,etiam vbi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res piè gestæ Populis spectandę proponuntur,siuè etiam piorum operum,& charitatis, eleemosynæ prętextu,aut aliàs in prędictis,seù alijs rebus superuacaneis in dicto Libello,seù Tabella non contentis, sed ad pompam, & ostentationem,aut ad oblectationem,vel paucorum lucrum,& priuata commoda quomodolibèt pertinentibus sumptus,aut impensas aliquas facere,nisi re ipsa pro diuino cultu,& veris Christi pauperum indigentijs,de consilio,& consensu loci ordinarij,subleuãdis,aut pro ijs tantùm pijs ludis publicis,qui ex inueterato vsu permittuntur, & in prædicta Tabella,seù Libello exprimentur taxam à Gubernatore,seù Præside,aut Potestate ipsius Prouinciæ,Ciuitatis,aut Loci, cui subsunt,præfigendã, quæ in supradicto Libello,seù Tabella cõprehensa erit,non excedentibus,sumptus huiusmodi fiant: Prohibemus insupèr nè quicunq; Ciues, Oppidani, aut Incolæ,qui suæ Communitatis,aut Vniuersitatis,bonorum detentores,vsurpatores, occupatores fuerint, quiuè contrà ipsas Communitates, litem aliquam, seù controuersiam habuerint, quæ ad hunc effectum per solam vnicam citationem cœpta,& inchoata censeatur,eadem lite, seù controuersia durante, nec nõ qui eiusdem suæ Communitatis,siuè Vniuersitatis debitores ex quacunq; causa extiterint, earumuè bona, aut pecunias administrauerint,antequàm id,quod debent, integrè persoluerint,seù rationes administrationis reddiderint cum eius residui,in quo debitores remanserint,reali restitutione,ad obtinendos,gerẽdos,aut exercendos aliquos in ea Ciuitate,Prouincia,Oppido,Terrà,Castro,aut Loco, Magistratus,aut Munera quæcũnq; vel officia publica,vllo modo eligãtur,vel admittantur. Et si de facto electi,admissi vè fuerint, electio,& admissio irrita sit,& nulla. Et tàm ipsi,quàm eligentes,siuè admittentes,nec nõ Gubernatores,Præsides,& Potestates,qui id permiserint, vel etiam exactam supèr his inquirẽdis,& prohibendis,diligentiam,prout eos teneri volumus, & decernimus,non adhibuerint,pœnis in hac Constitutione contrà illius transgressores inflictis,plectantur. Porrò locationes,seù affictus,tàm vectigalium, quæ Gabellę,aut datia dicuntur,quàm aliorum quorumcunquè redditum,prouentuum,iurium,& emolumentorum,ad commune ipsarum Ciuitatum,& Locorum

Ærarium

Ærarium quomodolibèr spectantium statuimus, & iubemus omninò seruatis seruãdis, atq; adhibitis solemnitatibus, quæ de iure, aut cuiuslibet loci statuto, vel consuetudine requiruntur, cum personis fide, & facultatibus idoneis, quæ idoneas paritèr in publico consilio approbatas cautiones præstent, iniri, & contrahi debere. In quibus sanè locationibus, seù affictibus, ea semper conditio, & pactio addatur, vt ipsæ Communitates, siuè Vniuersitates ab omni prorsùs detractione, seù remissione, & vt vulgò dicitur, defalcatione, ex quocũq; ac inopinato, & in solitissimo belli incursu militum, depopulationis agrorum, direptionis, aut siccitatis, alluuionis, grandinis, tempestatis, incendij, aut alio quouis maximè fortuito casu, atq; ex quouis capite, ac etiam legitima, & vrgenti amissionis, aut diminutionis fructuum, etiam omnium, vel maioris partis, aut sterilitatis, vel alia quauis causa cogitata, vel incogitata, cogitabili, vel incogitabili, sint, prorsùs immunes, nec ad id cogi possint, etiam si de iure tenerentur, sed integrè semper responsiones, & præstationes, seù pensiones annuæ absq; vlla diminutione per ipsos Conductores eis solui debeant, & quamuis pactum huiusmodi forsàn in contractibus omissum fuerit, nihilominùs vigore præsentium literarum tacitè inesse, & subintelligi debere, perindè, ac si id ipsum intèr contrahentes expresè cautum, & conuentum fuisset: sublata omnibus Iudicibus, etiam S. R. E. Card. ac sacri Palatij Apostolici Auditoribus alitèr iudicandi, & interpretãdi, facultate. Depositarios quoq: pecuniarum, & introituum communis Ærarij cuiuslibet Communitatis, siuè Vniuersitatis, non alitèr eligi, deputari, aut admitti volumus, nisi, priusquàm id munus assumant, idoneam, arbitrio Gubernatoris, Præsidis, aut Potestatis, cautionem præstent. Alioquin, tàm ipsas locationes, affictus, seù appaltus, quàm Depositariorum deputationes, siuè electiones, aut admissiones cum omnib. indè sequutis, etiam obligatione in forma Cameræ Apostolicæ, iuramento publico vallatas, irritas, & nullas censeri, & nihilominùs Magistratus, seù Officiales, qui contractus ipsos inuerint, Depositarios admiserint, vel in publico consilio assensum dederint, vna cum cęteris cõsentientibus paritèr, pœnis in hac Constitutione expressis teneri decernimus, & declaramus. Prætereà auctoritate Apostolica tenore earundem præsentium reuocamus, irritamus, & annullamus, omnes, & quascunq; exemptiones, immunitates, remissiones, condonationes iurium, atq; onerum realium, & personalium, aut mixtorum Camerę Apostolicæ, seù eorum communi Ærario debitorũ, aut vectigalium, Gabellarum, datiorum, portoriorum, Dohanarum, collectarũ, subsidiorum, contributionum, cuius particulari personæ pro rata illos quomodolibèt tangenti, siuè præsidijs, aut bonis, per eas possessis per quascunq; Communitates, seù Vniuersitates, ex quauis causa, etiam legitima, & de iure debita, seù permissa, qualis est ob numerum xij. filiorum, & quacunq; occasione, etiam sub prætextu tituli onerosi, & contractus, vltrò citroquè obligatorij, etiam publico consilio, & cõmuni omnium consensu, perpetuò, vel ad tempus concessas,

etiam

etiam si id sine vllo Cam. Apost. damno, aut præiudicio factum fuerit, ratamq; ipsam eædem Cōmunit. & Vniuersitates in se susceperint. Districtius inhibētes, nè quid tale inposterùm concedere, aut attentare præsumant, ac reuocantes ex nunc in irritum quicquid circà omnia, & singula præmissa, prætèr, aut cōtrà hæc nostra interdicta, prohibitiones, statuta, ordinationes, iussa, voluntates, decreta, mandata, præcepta, scientèr, vel ignorantèr cōtigerit attentari. Quòd si quis coniunctim cum cæteris, seù diuisim, nostrarum huiusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, iussionum, decretorum, mandatorum, voluntatum, aut præceptorum, violator, seù transgressor extiterit. Statuimus, vt prętèr superiùs expressam restitutionem, aut solutionem, seù damni refectionem, ij, qui præeminentia, aut gradu aliquo cæteris Superiores fuerint, nisi pro viribus, id quod contrà hanc Constitutionem attentatum, gestumuè est, impedire tentauerint, suumq; assensum omninò constantèr denegauerint, omnibus, & singulis per eos obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, officijs, & Magistratibus, eo ipso priuati, ac tàm ipsi, quàm alij inferiores, qui id suaserint, procurauerint, petierint, proposuerint, aut ipsimet fecerint, vel ab alijs fieri iusserint, ad illa, & alia similia, vel dissimilia in futurùm obtinenda, inhabiles perpetuò, & incapaces, ac perpetua infamia, & ignominia notati, & singuli eorum si soluendo fuerint, vltrà prædictam restitutionem ad duplum eius damni, quòd cōmuni massæ, seù mensæ illatū fuerit, de suo reficiendum obligati existant, sin minùs pœna exilij, aut carceris saltèm triennalis plectantur. Alij verò, qui solummodò consensum taciiè, vel expresè præstiterint, si soluēdo fuerint, tantundèm pecuniarum, quantùm erogatum extiterit, de suo persoluant, sin autèm id, propter inopiam præstare nequiuerint, pœna aliqua corporis afflictiua, Superiorum arbitrio, puniatur, & eiusmodi mulctarū quarta pars intèr eos diuidatur, qui quātùm in eis fuerit, contra dixerint, sequè opposuerint, vel post consensum præstitum, erroris pœnitentes, Superiorib. id primi denunciauerint. Sed, & constitutiones piæ mem. Bonifacij Octaui, & Gregorij xiij. Rom. Pont. prędecessorum nostrorum contrà paciscentes, promittentes, dantes, aut recipientes quicquam paruum, vel magnum pro gratia, vel iustitia, pro se, vel alijs obtinenda, & contrà complices, vel dantes in præmissis auxilium, consilium, vel fauorem, cum omnib. in eis cōtentis pœnis, censuris, & extēsionibus, quæ supradictis aggrauatæ, & additæ, nō autèm per eas imminutæ, aut immutatæ censeantur, harum serie approbamus, & innouamus, ac ad omnes superiùs expressas personas, etiam speciali nota dignas, quæ contrà vltimo dictas Cōstitutiones in quibusuis casib. per eas expressis, dando, recipiendo, promittendo, paciscendo, consentiendo, aut permittendo, non solùm apud Sedem Apostolicam, sed in quibusuis Tribunalibus, & eorum quibuscunq; Iudicibus, etiam Laicis Almæ Vrbis, ac tàm in Romana Curia, quā extrà eam, in quibuslibèt temporali ditioni nostræ mediatè, vel immediatè subiectis, Prouincijs, Ciuitatib. Oppidis, Terris, & Locis, deliquerint, per easdem præsentes

præsentes extendimus,& ampliamus pœnis alijs à iure, vel per alias Cõstitutiones Apostolicas, aut propria locorũ statuta, vel consuetudines, contrà personas aliquid præmissorum cõmittentes, vel omittentes, forsàn decretis, vel inflictis, nihilominùs in suo robore permansuris. Quocircà vniuersis,& singulis modernis,& pro tempore existentibus eiusdèm Sanctæ Romanæ Ecclesię Camerario, Thesaurario Generali, nec non Legatis, Vicelegatis, Præsidib. Gubernatorib. Potestatib. ac Priorib. Massarijs, Magistratib. & Officialib. cæterisq; ad quos spectat, per Apostolica scripta mandamus, quatenùs ipsi,& eorum singuli, quantùm ad eos pertinet, curent omni studio, diligentia, auctoritate, & vigilantia præsẽtem Constitutionẽ firmitèr,& inuiolatè obseruari. Et contrà inobedientes, vel transgressores condignis pœnis animaduerti, præcipuè verò ipsi Legati, Vicelegati, Præsides, Gubernatores,& Potestates, contrà quoscunq; Cõmunitatũ, siuè Vniuersitatũ debitores, ꝓ exactione integrè summæ,& quantitatis, quæ earum cõmunib. Ærarijs debetur,& pro tempore debebitur, summariè, simplicitèr, & de plano sola facti veritate inspecta, sine strepitu,& figura iudicij, manu regia in vim pręsentis Cõstitutionis, etiam quauis inhibitione, tàm à pręd ícto Camerario, seù causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditore, quàm à quocunq; alio Iudice ordinario, vel delegato, quauis auctoritate fungente, etiam forsàn in vim specialis commissionis decreta, non obstan. iuris, & facti remedijs opportunis procedant, & omni, & quacunq; appellatione remota exequãtur, eosdem inobedientes, nec non contradictores quoslibet,& rebelles, per opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionib. & ordinationib. Apostolicis, dictarumq; Prouinciarum, Ciuitatũ, Terrarũ, Oppidorũ,& Castrorũ, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinib. priuilegijs quoq; indultis, & literis Apostolicis, quorumcunq; tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel ad verbum non inserta, effectus præsentis nostræ Constitutionis impediri, quomodolibèt valeat, vel differri. Quæ omnia, quatenùs ꝑmissis in aliquo aduersentur, prorsùs tollimus,& abrogamus, cæterisq; contrarijs quibuscũquè. Volumus autèm, vt præsentes literæ in valuis Sanctæ Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum,& in acie Campi Floræ publicentur, affixis inibi earum exemplis,& dimissis. Quodquè earum exempla, seù illorũ compendia latino, aut vulgari sermone conscripta, in libris quorumcunq; Statutorum prædictarum Communitatum,& Vniuersitatum inserantur,& saltèm bis quotannis, in publicis,& maioribus consilijs, siuè Adunãtijs cuiusquè Communitatis, siuè Vniuersitatis, alta,& intelligibili voce legantur, atquè in publico etiam aliquo omnib. patenti loco, vbi frequentèr Ciues, aut Oppidani conuenire soleant, perpetuò affixa retineantur, adeò, vt si contingat exẽpla huiusmodi indè amoueri, aut lacerari, seù temporis diuturnitate consumi, debeant omninò

Priores,

Priores, Massarij, Cãcellarij, siuè alij earumdem Communitatum, siuè Vniuersitatum Officiales sub priuationis officiorum obtentorum, & inhabilitatis ad illa, vel alia postmodùm obtinenda, & alijs etiam grauioribus corporis afflictiuis pœnis, ipso facto incurren. curare, vt statim eadem exempla renouentur, & denuò affigantur, & si id commodè fieri poterit in marmoreo aliquo lapide ad perpetuam memoriã insculpantur. Demùm à singulis Legatis, Vicelegatis, Præsidibus, Gubernatoribus, Potestatibus, nec non Communitatum, seù Vniuersitatum Prioribus, Massarijs, Cancellarijs, aut quocũq; nomine nuncupatis, Officialibus initio Magistratus, antequàm ad illum exercendum admittãtur, supèr earumdem præsentiũ literarum obseruatione iusiurandum solemne publicè pstetur. Et nihilominùs post triginta dies à die publicationis, vt pfertur, in Rom. Cur. faciendæ, vnumquemquè perindè arctent, & afficiant, ac si cuiquè personalitèr intimatæ, & per eos iuratæ fuissent. Quodquè earum transumptis, etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo psonæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, obsignatis, eadem prorsùs fides in iudicio, & extrà illud adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum statutorum, ordinationum, inhibitionum, prohibitionum, approbationum, innouationũ, ampliationum, decretorum, reuocationum, irritationis, annullationis, extensionis, declarationis, iussionis, sublationis, abrogationis, præcepti, interdicti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autèm hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romę in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, decimo octauo kal. Septemb. Pontificatus nostri Anno Primo.

L. Dat.

M. Vestrius Barbianus.

A. de Alexijs.

Registrata apud Marcellum Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, Millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, Indictione quinta die verò vigesima prima Mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius primo, supradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicarum Sanctorum Petri, & Ioannis Lateranen. de Vrbe, nec non in Acie Campi Floræ, & ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, per nos Iosephum Spadam, & Paschalem Sanctorium prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Franciscus Baron Mag. Curs.

INDVL-

INDVLTVM PAVLI PAPÆ V. PRO COLLEGIO NARDINO.

AD ppetuã rei memoriã. Nobis expositũ fuit ꝑ parte dilect. filiorũ Cõmunit. & hominũ Ciuit. nrę Forol. per dilectos filios Ant. Dẽtũ I.V.D. & Nicolaũ Marcianesiũ eiusdẽ Ciuit. Ciues, ac oratores ad Nos, & nrã sedẽ destinatos, qd cũ aliàs bo: me: Steph. de Nardinis S. R. E. Card. Mediolan. nũcupatus, ex dicta Ciuit. oriũdus, dũ viueret, Colleg. Nard. vocatũ in hac nra Alma Vrbe instituerit, erexerit, atq; dotauerit certa ãnua ꝓuisione, ac bonis stabilib. atq; ꝓuẽtib. ãnualib. ad sustẽtationẽ, & ꝓ sufficiẽti victu certi numeri Iuuenũ studiosorũ scholariũ studio literarũ incũbẽtiũ, qui spatio annorũ septẽ ꝑ quolibet in eiusdẽ Colleg. domo in regione Parionis eiusd. Vrbis iuxtà sua latera sita inhabitare dberẽt, assignatis. Cũq; idẽ Steph. Card. fũdator intèr alia voluerit, & ordinauerit, vt tres ex eisdẽ scholarib. nominarẽtur, & eligerẽtur ꝑ duos ætate maiores de domo, ac familia ipsiusmèt Card. de Nard. de eadẽ Ciuit. nra Forol. ꝓut in vlt. eiusdẽ Steph. Card. testamẽto sub rogitib. q. Tiberij de Bartolis olim pub. not. đ S. Seuerino Diœcesi Camerin. & Antonij đ Alberijs not. sistèr de Vrbe veteri insolidũ rogatorũ sub anno 1484. die verò xxj. men. Oct. dicitur cõtineri. Quia verò tẽporis ꝓgressu ob lineã finitã ꝑdictę familiæ de Nard. loca triũ scholariũ ad ipsius familiæ electionẽ spectãtia vacauerint, seù potiùs illorũ electio, & ꝓuisio ad Rom Pont. deuoluta fuerit, ac Prędecessores nri nõnullis vicib. scholares eorũdẽ triũ locorũ opportunè vacationis tpre elegerint, & de eis ꝓuiderint. Idẽ Cõmunit. & hões Nobis humilitèr supplicari fecerunt, vt in memoriã ipsius Steph. Card. fundatoris tria loca scholariũ hõi Ciuib. originarijs dictę Ciuit. fũdatoris Patriæ assignare đ benignitate Apost. dignaremur. Nos itaq; Cõmunit. & hõib. ꝑtis ob eorũ singularẽ ergà Nos, & Apost. sedẽ fidẽ, & deuotionẽ specialib. fauorib. & gratijs ꝓsequi volentes, & eorum singulos à quibusuis excõis, suspẽsionis, & interdicti, alijsq; eccl̃is sñtijs, cẽsuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel cã latis, si quib. qmol̃t innodati existunt ad effectũ ꝑ̃sentiũ duntaxàt cõsequẽdũ, harũ serie absoluẽtes, & absolutos fore cẽsẽtes, hõi supplicationib. inclinati, vtq; pauperũ Ciuiũ eiusdẽ Ciuit. filij literarũ studijs cõmodiùs incũbere, ac eorũ doctrina, & eruditione Reip. vtiliùs inseruire valeãt, ꝓuidere volẽtes, cõsiderãtes ꝑ̃sertim piã ipsius Steph. Card. voluntatẽ verisimilitèr fuisse, vt eius Patriæ Ciues in distributione eorũdẽ locorũ, siuè scholariũ electione cæteris quibuscũq; extraneis ꝑ̃ferẽtur, & ꝑ̃ferri deberent ad ornamẽtũ, vtilitatẽ, & electionẽ suæ patriæ ꝑtæ, his ꝓpterèa, & alijs de causis animũ nostrũ mouẽtib. adducti volumus, ac aũte Apost. tenore ꝑ̃sẽtiũ statuimus, vt in posterũ ꝑpetuis futuris tẽporib. quãdocunq; aliquẽ ex trib. locis scholariũ dicti Collegij Nard. ab ipso Steph. Card. fũdat. nõiationi, & electioni suæ fam. reseruatis vacare cõtigerit, ad locũ sic vacãtẽ scholaris ex Ciuit. ꝑdicta Forol. ac Ciue origin. paupere, & nob. oriũdus, qui tñ qualitates ex fũdatione dicti Collegij requisitas

